This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

Über dieses Buch

Dies ist ein digitales Exemplar eines Buches, das seit Generationen in den Regalen der Bibliotheken aufbewahrt wurde, bevor es von Google im Rahmen eines Projekts, mit dem die Bücher dieser Welt online verfügbar gemacht werden sollen, sorgfältig gescannt wurde.

Das Buch hat das Urheberrecht überdauert und kann nun öffentlich zugänglich gemacht werden. Ein öffentlich zugängliches Buch ist ein Buch, das niemals Urheberrechten unterlag oder bei dem die Schutzfrist des Urheberrechts abgelaufen ist. Ob ein Buch öffentlich zugänglich ist, kann von Land zu Land unterschiedlich sein. Öffentlich zugängliche Bücher sind unser Tor zur Vergangenheit und stellen ein geschichtliches, kulturelles und wissenschaftliches Vermögen dar, das häufig nur schwierig zu entdecken ist.

Gebrauchsspuren, Anmerkungen und andere Randbemerkungen, die im Originalband enthalten sind, finden sich auch in dieser Datei – eine Erinnerung an die lange Reise, die das Buch vom Verleger zu einer Bibliothek und weiter zu Ihnen hinter sich gebracht hat.

Nutzungsrichtlinien

Google ist stolz, mit Bibliotheken in partnerschaftlicher Zusammenarbeit öffentlich zugängliches Material zu digitalisieren und einer breiten Masse zugänglich zu machen. Öffentlich zugängliche Bücher gehören der Öffentlichkeit, und wir sind nur ihre Hüter. Nichtsdestotrotz ist diese Arbeit kostspielig. Um diese Ressource weiterhin zur Verfügung stellen zu können, haben wir Schritte unternommen, um den Missbrauch durch kommerzielle Parteien zu verhindern. Dazu gehören technische Einschränkungen für automatisierte Abfragen.

Wir bitten Sie um Einhaltung folgender Richtlinien:

+ *Nutzung der Dateien zu nichtkommerziellen Zwecken* Wir haben Google Buchsuche für Endanwender konzipiert und möchten, dass Sie diese Dateien nur für persönliche, nichtkommerzielle Zwecke verwenden.

+ *Keine automatisierten Abfragen* Senden Sie keine automatisierten Abfragen irgendwelcher Art an das Google-System. Wenn Sie Recherchen über maschinelle Übersetzung, optische Zeichenerkennung oder andere Bereiche durchführen, in denen der Zugang zu Text in großen Mengen nützlich ist, wenden Sie sich bitte an uns. Wir fördern die Nutzung des öffentlich zugänglichen Materials für diese Zwecke und können Ihnen unter Umständen helfen.

+ *Beibehaltung von Google-Markenelementen* Das "Wasserzeichen" von Google, das Sie in jeder Datei finden, ist wichtig zur Information über dieses Projekt und hilft den Anwendern weiteres Material über Google Buchsuche zu finden. Bitte entfernen Sie das Wasserzeichen nicht.

+ *Bewegen Sie sich innerhalb der Legalität* Unabhängig von Ihrem Verwendungszweck müssen Sie sich Ihrer Verantwortung bewusst sein, sicherzustellen, dass Ihre Nutzung legal ist. Gehen Sie nicht davon aus, dass ein Buch, das nach unserem Dafürhalten für Nutzer in den USA öffentlich zugänglich ist, auch für Nutzer in anderen Ländern öffentlich zugänglich ist. Ob ein Buch noch dem Urheberrecht unterliegt, ist von Land zu Land verschieden. Wir können keine Beratung leisten, ob eine bestimmte Nutzung eines bestimmten Buches gesetzlich zulässig ist. Gehen Sie nicht davon aus, dass das Erscheinen eines Buchs in Google Buchsuche bedeutet, dass es in jeder Form und überall auf der Welt verwendet werden kann. Eine Urheberrechtsverletzung kann schwerwiegende Folgen haben.

Über Google Buchsuche

Das Ziel von Google besteht darin, die weltweiten Informationen zu organisieren und allgemein nutzbar und zugänglich zu machen. Google Buchsuche hilft Lesern dabei, die Bücher dieser Welt zu entdecken, und unterstützt Autoren und Verleger dabei, neue Zielgruppen zu erreichen. Den gesamten Buchtext können Sie im Internet unter `http://books.google.com` durchsuchen.

3 3433 06183897 9

NOVUS

Codex diplomaticus Brandenburgensis.

Erster Haupttheil

oder

Urkundensammlung zur Geschichte

der

geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg.

Von

Dr. Adolph Friedrich Riedel.

XXII. Band.

Berlin.

G. Reimer.

1862

THE NEW YORK
PUBLIC LIBRARY
547694 A
ASTOR, LENOX AND
TILDEN FOUNDATIONS
R 1931 L

NEW YORK
PUBLIC
LIBRARY

Riedel's

Codex diplomaticus Brandenburgensis.

Sammlung

der Urkunden, Chroniken und sonstigen Geschichtsquellen

für die

Geschichte der Mark Brandenburg

und ihrer Regenten.

Fortgesetzt auf Veranstaltung

des Vereines für Geschichte der Mark Brandenburg.

[V. 222

Des ersten Haupttheiles
oder der Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte
zweiundzwanzigster Band.

Berlin.

G. Reimer.

1862.

XH

Dritte Abtheilung.

Die Altmark.

(Fortsetzung des siebenzehnten Bandes.)

Inhalts-Verzeichniß.

		Seite
XXIV.	Das Jungfrauenkloster Arendsee. (Zweite Abtheilung)	1.
XXV.	Das Jungfrauenkloster Diesdorf. (Zweite Abtheilung)	87.
XXVI.	Das Jungfrauenkloster Neuendorf bei Gardelegen	363.
XXVII.	Das Mönchskloster Hillersleben	410.
XXVIII.	Vermischte Altmärkische Urkunden	485.

Erste 2 Mai 1931 (12 vols)

XXIV.

Das Jungfrauen-Kloſter Arendſee.

Zweite Abtheilung*).

I. Verzeichniß der Memorien des Kloſters Arendſee für alle Wohlthäter von dem Stifter Markgraf Otto I. ab (1184 u. f.).

He memorie in Conuentu noſtro Arnſe omni anno ſollempniter peragentur:

Memoria Ottonis marchionis et alheydis vxoris eius, qui eccleſiam hanc fundauerunt deuote et pie dotauerunt. Ottonis, Heynrici et Adelberti, filiorum ſuorum, qui laudabilia facta ſuorum natalium collacione proprietatum confirmarunt. Deinde Johannis et Ottonis, Ottonis et Beatricis vxoris eius et alberti fratris ſui. Item ottonis et Jutte vxoris eius. Hermanni et anne vxoris eius. Johannis filii ſui. Woldemari et agnetis vxoris eius. qui omnes tutela benigna hunc locum confouerunt. Hec memoria predicta in ipſo die perpetue et felicitatis ſollempniſſime eſt peragenda.

Memoria Kazemari ducis, qui dedit villam warkentin noſtro cenobio cum omni libertate et eius proprietate. Nycholai et heynrici dominorum de roſtoc, qui confirmauerunt. Johannis et Gheuehardi de plote, qui dederunt villam rogelin cum omni iuſticia et libertate. Hec peragetur, cum canitur populus ſyon.

Memoria prepoſitorum: Ludolphi, heynrici, ludolfi, Bertrammi, Theoderici, cuius memoria ter celebrabitur in anno, primo ad te leuaui, ſecundo octaua epyphanie, tercio do-

*) Dieſer bedeutende Nachtrag zu den Urkunden des Kloſters Arendſee, welche im XVII. Bande dieſes Haupttheiles mitgetheilt worden, iſt einem im Königlichen Provinzialarchive zu Magdeburg erhaltenen Copialbuche des Kloſters zu verdanken, auf das der Königliche Provinzialarchivar, Herr von Mülverſtedt, mich aufmerkſam gemacht und das der Direktor der Königlichen Archive, Herr von Lancizolle, mit gewöhnlicher Bereitwilligkeit mir zur Benutzung mitgetheilt hat. Die Abſchrift übernahm Herr Oberlehrer Holſte, mit zu Tage liegender Genauigkeit und Sachkenntniß.

Das Copialbuch zerfällt in 2 Abtheilungen, welche jedoch beide in der 2. Hälfte des 14. Jahrhunderts niedergeſchrieben ſind. Es ſind nur wenig ſpätere Urkunden nachträglich hinzugefügt. Es iſt ſehr leſerlich und im Ganzen mit Sorgfalt geſchrieben.

minica Inuocauit. Prima collecta ad vigilias Quatenus dom. etc. Secunda collecta preſta, Ad ſecundas vigilias collecta preſta, Ad tercias vigilias collecta preſta. Johannis Reuenſtorp, Meynardi et Johannis de hilleghenuelde Cappellani, quorum memoria dominica, dum cantatur domine in tua, perpetue peragetur. Johannis parſow, Johannis de Chartow, Enghelberti de ſannem, Nycholai roſſow, Reynoldi tolner de ſnakenborch, Johannis de ghore. Ludgerus de Kampe habet memoriam perpetuam dominica ante feſtum marie magdalene. Heynrici gladegow perpetui vicarii, cuius memoria celebrabitur viti martiris. Hinrici mowen et henrici de yetze, quorum memoria agetur poſt octauam epyphanie vel Remiſcere. Gherardi de cowlitze, Syfridi de leppin, horum memoria agetur in die vndecim milia virginum et ſcolaſtice virginis. Domini henrici ſcutten, frederici et gherardi de wynteruelde, horum memoria celebrabitur dominica circumdederunt. Rodolfi hennemans et parentum eius, quorum memoria agetur circa feſtum martini. Johannis clauigeri, huius memoria ante diem palmarum peragetur. Memoria arnoldi de roſſow et Berte vxoris eius bis in anno peragetur, primo poſt diem apoſtolorum philppi et iacobi, ſecundo poſt feſtum martini. Memoria hinrici de chartow agetur oſwaldi regis. Memoria alberti holſten poſt feſtum iacobi peragetur. Memoria magiſtri petri agetur ante diem aſſumpcionis. Memoria margarete lughen agetur in die agathe. Memoria petri, Bertradis et alheydis de ſtendal agitur dominica circumdederunt. Memoria Sopphye prioriſſe de ſydow et armegardis de mollendorp nycholai epiſcopi peragetur. Memoria conradi de kliſtinghe agitur poſt feſtum nicholai. Memoria iohannis cynowe et vxoris eius poſt feſtum martini peragetur. Memoria Criſtine vxoris iohannis gherwer agetur ante feſtum michaelis archangeli. Memoria Zynnighes agetur poſt feſtum michaelis. Memoria elizabeth hartwici et Bertradis kalenen agetur pantaleonis. Memoria alheydis vxoris quondam theoderici de Zantem et elizabeth filie eius agitur in natiuitate marie virginis. Memoria elyzabeth de yetze et margarete ſcherers agetur XI milium uirginum. Memoria hillegundis et alheydis de ſwauen agitur Reminiſcere. Memoria nycholai kerkun et margarete vxoris eius agetur circa feſtum martini. Henricus faber de lunenborch et mechildis vxoris [ſic!] eius habent perpetuam memoriam in feſto iohannis baptiſte. Domina prioriſſa dicta alheydis de bretzeke duas memorias perpetualiter et in euum obſeruandas emit a conuentu in arneſſe pro decem et octo marcis argenti ſtendalenſis, que bis omni anno ſunt ſollempniter peragende, Videlicet prima dominica dicit dominus, Secunda dominica letare. Prima collecta erit ad vigilias Deus cuius Miſericordie, Secunda collecta Quatenus domine etc. Item dedit quinque marcas argenti ad nouum dormitorium. Walburgis ackermans et armegardis hurleians dederunt quatuor marcas argenti ad memorias predictas, vt deuocius celebrentur. Hermannus et iohannes et margareta vxor eius et Ghertrudis eius filia et heylwigis de beze dederunt duas marcas argenti ad predictas memorias, vt ipſe ſollempnius peragantur. Hee memorie iam dicte omni anno ſollempniter peragentur propter ſerotinam prebendam dominarum et nouellum dormitorium, quod nouiter eſt inſtaurantum et pleniſſime conſtructum.

II. Biſchof Conrad von Camin überläßt dem Kloſter Arendſee die Zehnthebung in Werckenthin, ungefähr um das Jahr 1224.

In nomine ſancte et indiuidue trinitatis. Conradus, dei gracia Caminenſis eccleſie et pomeranorum et leuticiorum epiſcopus, omnibus hanc paginam inſpecturis veram in domino karitatem. Accepimus litteram cuiuſdam priuilegii, quod dedit Kazimarus in hunc modum. Ego kazimarus, pomeranorum dux, leuticiorum princeps, omnibus fidelibus, ad quos pagina preſentis ſcripti peruenerit, ſalutem in vero ſalutari. Notum uobis facimus tam preſentibus quam futuris, quod nos pro ſalute anime noſtre necnon patris et matris noſtre ad ſuſtentacionem ſanctimonialium in Arneſſe deo ſeruiencium villam Warkentyn cum terminis et omnibus attinentibus, tam in aquis, quam in agris et ſiluis, voluntarie eccleſie dei in Arneſſe contulimus, Vt exinde pro nobis et pro predeceſſoribus noſtris oratio fiat in perpetuum in eccleſia eadem Arneſſe in honore ſancte dei genitricis et virginis marie necnon ſancti Johannis ewangeliſte conſtructe. Et ut huius donationis certa permaneat prerogatiua, hoc ſcriptum ſigilli noſtri impreſſione confirmamus. Huius donacionis teſtes ſunt, qui tunc preſentes aderant Sueno, abbas in Elda, Robertus, prepoſitus in dymin, Vaſtradus, Canonicus et ſacerdos in Jericho, Gozwinus, plebanus in lenyn, Arnoldus, Cappellanus in dymin. De nobilioribus vero laycis Rochellus, eiuſdem vrbis caſtellanus, Dubimerus, Pribbeſſzlaus de kamyn, Andreas, Pribburiuiz, Ratiſczlaus, ſcarbimariz, Dutſic filius eius Et quam plures alii. Congaudentes igitur noſtris temporibus de dono tali et fide honorem dei excreſcere, contulimus cum conſenſu generali decimam ville Warghentin cum terminis eccleſie dei in Arneſſe, vt plebano ad locum accedenti ad voluntatem ſuam ſiue in agris ſiue in decima emolumento reſpondeat competenti. Et ne poſteris immutandi vel calumpniandi detur occaſio, factum noſtrum ſigilli noſtri appenſione roborauimus. (Zu vgl. I, XVII, 3.)

III. Die Markgrafen Johann und Otto beſtätigen das Kloſter Arendſee und erweitern deſſen Beſitzungen um zwei Hufen, am 6. November 1225.

In nomine ſancte et indiuidue trinitatis. Johannes et otto, dei gracia marchiones Brandenburgenſes, Conſiderantes omnia tranſitoria, et quia ſine timore dei nullus preſentibus neque eternis gaudere poteſt inſtitutis, Vna cum fratre noſtro Ottone Eccleſiam dei et Beate marie virginis in Arneſſe, ad nos heridatorio iure deuolutam, in noſtram recepimus tuicionem, Ratum habentes quitquit collatum eſt Eccleſie predicte ſecundum priuilegia predeceſſorum noſtrorum et patris noſtri Alberti pie memorie Marchionis brandenburgenſis, Et quia in omnibus ipſam ſicut decet promouere volumus et intendimus inceſſanter, ampliamus eam in duobus manſis et vna quadam in villa Crughen et quadam ſolitudine, que wlgaliter Lambrechteſhot appellatur, cum omni Jure, cenſu, decima, Juriſdicione, exactione, precaria et vrbano ſeruicio, et omne, quod

wlgo dicitur Recht vnde vnrecht, Indulgentes, vt ibi memoria predeceſſorum noſtrorum et noſtri tanto largius perpetualiter habeatur. Vt autem hoc noſtrum indultum perpetuo valeat vigere, preſentem paginam inde conſcribi et ſigilli noſtri appenſione iuſſimus inſigniri. Huius Rei teſtes ſunt heinricus, Curie noſtre pincerna, Conradus de Gartowe, Aluericus de kercowe, Deghenardus, aduocatus de zaltwedele. Acta ſunt hec apud zehuſen, Anno gracie Milleſimo ducenteſimo viceſimo quinto, VIII ydus nouembris.

IV. Johann und Gebhard von Plotho überlaſſen dem Kloſter Arendſee 42 Hufen Landes zwiſchen Netzeband und den Dünamündeſchen Kloſterbeſitzungen an der Temnitz, am 2. Mai 1232.

In nomine ſancte et indiuidue trinitatis. Amen. Notum ſit vniuerſis tam futuri quam preſentis temporis fidelibus, quicunque preſentem paginam perſpexerint, quod nos Johannes et Gheuehardus, fratres de Ploto, eccleſie in Arneſſe ad ſuſtentacionem monialium XLII manſos cum omni Jure contulimus, tam in paſcuis, quam in agris et paludibus et aquis et ſiluis. Preſentibus hiis domino Johanne, aduocato de kyriſz, Theoderico de Bertekow et fratre eius frederico, Gherardo de Rube, Ottone, Rodolfo, Arnoldo, Caſtrenſibus in wſtrehuſen, pluribuſque fide dignis. Ne igitur heredum noſtrorum hanc donacionem, quam ratam eſſe volumus, aliquis queat infringere, priuilegium dedimus, quod ſigilli noſtri inpreſſione corroborauimus. Iſti manſi iacent inter nyzzebant et dominum abbatem de dunemunde ſuper Tymanize fluuium. Datum in Wuſtrehuſe, Anno ab incarnacione domini M°. CC°. XXXII°., VI°. monas mai.

V. Der Proviſor des Hauſes Werben bekundet das Dorf Tzerne dem Kloſter verkauft zu haben, ohne Jahr (vor 1235.)

Omnibus Criſti fidelibus Prelatis et Subditis hanc litteram inſpecturis frater A. prouiſor in Werbene cum fratribus et ſororibus eiuſdem loci oracionem ſuarum in Criſto participium. Teſtimonium perhibeamus hoc ſcripto, quod ad voluntatem Magiſtri noſtri et tocius Conuentus eccleſie noſtre villam tzerne eccleſie Beate Marie Virginis in Arneſſe vendidimus, quam eccleſie noſtre pie memorie Albertus Marchio contulerat, licet eandem villam uſque ad hec tempora infructuoſam tenuerimus, et ne alicui calumpniandi detur occaſio, hoc factum ſigilli noſtri appenſione roboramus.

VI. Die Markgrafen Johann und Otto treffen mit dem Kloſter Arendſee einen Gütertauſch, am 17. April 1235.

In nomine ſancte et indiuidue trinitatis. Johannes et Otto, dei gracia Marchiones Brandenburgenſes, omnibus in perpetuum. Cum eccleſia in Arneſſe de parentum noſtrorum proprietatibus ſit fundata pariter et dotata, Nos parentum noſtrorum piam deuocionem imitantes eiuſdem eccleſie debemus honorem et vtilitatem in quantum poſſumus non immerito ſublimare. Noſcant igitur tam preſentes quam poſteri, quod cum quedam villula, que zerne dicitur, ad moniales in Arneſſe ex iuſticia pertineret, eandem villulam prepoſitus cum conſenſu predictarum monialium nobis libere reſignauit. Nos vero eiſdem monialibus eccleſiam in heilighenuelde cum rebus ad eam pertinentibus et inſuper in villa Polcre duos choros ſiliginis in recompenſacionem villule memorate perpetuo contulimus, Conſiderantes, quod ex tali recompenſa predictis monialibus maior vtilitas proueniret. Ne vero factum tale in poſterum infringatur ab aliquo, in preſenti pagina teſtes, qui intereant, conſcribi fecimus et ſigillorum noſtrorum munimine roborari. Teſtes vero, qui interfuerunt, ſunt hii, Dominus Jaczo de ſaltwedele, Aluericus de kircowe, Albertus de nyendorp, Tiethardus de wuzſtrowe, Bodo de zaltwedele, Johannes de Redekiſtorp, et alii quam plures. Acta ſunt hec in zaltwedele, Anno dominice incarnacionis M°. CC°. XXXV°., Indictione VIII^a^ XV kalendas may.

VII. Die Markgrafen Johann und Otto beſtätigen dem Kloſter Arendſee das ihm von Johann und Gebhard von Plotho geſchenkte Dorf Wendiſch Rägelin, am 19. Auguſt 1235.

In nomine ſancte et indiuidue trinitatis. Amen. Johanes et Otto, dei gracia Marchiones Brandenburgenſes, omnibus in perpetuum. Cum eccleſia in Arnſe de parentum noſtrorum proprietatibus ſit fundata pariter et dotata, nos parentum noſtrorum piam deuocionem imitantes eiuſdem eccleſie debemus honorem et vtilitatem in quantum poſſumus non immerito ſublimare. Noſcant igitur tam preſentes quam poſteri, Quod nos pie deuocionis intuitu predicte eccleſie et ſanctimonialibus in eodem loco ſub regula ſancti Benedicti deo ſeruientibus ad ſuſtentacionem villam, que dicitur Wendeſchen Rogelin cum omnibus bonis eiuſdem ville adiacentibus, quam Johannes et Gheuehardus, fratres de Plote memorate eccleſie cum omni Jure, tam in paſcuis, quam in agris, paludibus, aquis et ſiluis pro ſalute animarum ſuarum deuote contulerunt, Benigne confirmantes in hiis ſcriptis; Indulſimus eciam quidquid Juris noſtri videbatur eſſe in ipſa villa ſeu in bonis antedictis, videlicet Peticiones, Exactiones, opera, que Burchwerc vocantur, Expediciones, que wlgo herſcilt vocantur, et omnia, que wlgo dicuntur recht vnde vnrecht, eo quod pro noſtris progenitoribus ac pro ſuis benefactoribus, tam viuis quam defunctis, intercedere teneantur. Ne igitur vllus hominum eccleſiam ſepedictam in villa ac bonis pretaxatis moleſtare preſumat, Preſentem paginam ſigillorum noſtrorum appenſione duximus roborandam. Huius confirmacionis et dona-

cionis teſtes ſunt Ghotfridus, Canonicus in Steyndal, Et Heynricus, in eadem eccleſia canonicus, Ghyſelerus, tunc Cappellanus curie, de laycis autem Wernerus Comes de luchowe, heynricus Comes de Zwerin, Gardolfus de hadmerſleue, fridericus de haſſele, Tydericus dapifer, Rodolfus pincerna, fredericus de welle, Gherardus de Retuelde, et alii quam quam plures fide digni. Acta ſunt hec Anno dominice incarnacionis M°. CC°. XXXV°., XIIII kalendas ſeptembris.

VIII. Markgraf Otto überläßt zum Seelenheil des Ritters Albert Valie eine Hebung aus Neuwinkel dem Kloſter Arendſee, am 20. September 1252.

In nomine ſancte et indiuidue trinitatis. Otto, dei gracia Brandenburgenſis Marchio, omnibus in perpetuum. Quoniam ea, que temporaliter fiunt, cum temporis inſtabilitate pretereunt, neceſſe eſt, ea et vocibus teſtium et ſcripturarum munimine confirmari, Vt per ea Rem geſtam poſſit in poſterum poſteritas conprobare. Notum igitur eſſe cupimus Criſti fidelibus vniuerſis preſentem litteram inſpecturis preſentibus pariter et futuris, quod nos ob reuerenciam dei omnipotentis et Remuneracionem vite eterne et ad peticionem dilecti fidelis noſtri Alberti militis dicti Valie, ſeruiciis ſuis multiplicibus, que nobis exhibet et exhibuit indefeſſe ammoniti et inducti, vnum chorum Siliginis in villa nyenwinkele ſitum, quem dictus Albertus pro ſuorum promerenda Indulgencia peccatorum de ſuis elemoſinis comparauit, Eccleſie in Arneſſe contulimus cum omni Jure, quod habuimus in eodem, liberaliter ac proprietatis tytulo perpetuo poſſidendum. Vt autem hec noſtra donacio inconuulſa permaneat, et ne in poſterum ab aliquo heredum ſiue poſterorum noſtrorum valeat immutari, preſentem litteram ſuper eo in teſtimonium dandam duximus appenſione ſigilli noſtri arcius communitam. Huius autem rei teſtes ſunt Johannes de Roſſow, Johannes de perleberg, Conradus de Oſterborch et Johannes de Crakow, et alii quam plures. Datum apud Arneborch per manum heinrici, Canonici Stendalenſis, Curie noſtre Notarii, Anno domini M°. CC°. LII°., XII°. kalendas octobris, Indictione Xa.

IX. Markgraf Otto vereignet zu ſeinem Seelenheil dem Kloſter Arendſee das Dorf Wendiſch Gutzin, am 2. Auguſt 1253.

In nomine ſancte et indiuidue trinitatis. Otto, dei gracia Brandenburgenſis Marchio, omnibus in perpetuum. Ne quod a nobis ad laudem dei agitur, cum tempore defluente tranſeat et labatur, neceſſario requiritur et eſt iuſtum, Vt hoc per ſcripta autentica et teſtium voces

confirmetur, per que res geſta ad noticiam deuenire valeat poſterorum. Notum igitur eſſe volumus tam preſentibus quam poſtfuturis Criſti fidelibus vniuerſis preſens ſcriptum viſuris, quod nos propter amorem dei et deſiderium future glorie, que in nobis reuelabitur miſericordiarum domino concedente, et ad honorem glorioſe ſemper virginis marie, Eccleſie in Arneſſe proprietatem ville Slauicalis, que Gutzin vocatur, dedimus animo liberali cum omni Jure, quod nos habuimus in eadem, vel quod nobis aut noſtris heredibus in ipſa poſſet cedere in futuro, firmam ſpem fiduciam gerentes, quod Sanctimonialium dicte eccleſie preces apud deum et Beatam virginem nobis debeant delictorum noſtrorum veniam impetrare. Vt autem hec noſtra donacio perpetuum robur obtineat et vigorem, et ne in poſterum a quoquam heredum ſeu eciam ſucceſſorum noſtrorum mutari valeat vel infringi, preſentem paginam conſcribi ſuper eo iuſſimus et Sigilli noſtri munimine roborari. Huius rei teſtes ſunt Domina Beatrix, Inclita vxor noſtra, Johannes, primogenitus noſter, Conradus, filius fratris noſtri, Adolphus Comes de dannenberch, Johannes de Roſſowe, Johannes Gans de perleberg, Olricus de Crughe, Georgius de hydſaker, Johannes de Crakowe, Ericus de Gardclegen, et alii quam plures. Datum Arneſſe per manum heinrici, canonici Stendalenſis curie Notarii, Anno domini M°. CC°. LIII°., In die Beati Stephani pape, Indictione XIa.

X. Ablaßbrief des Biſchofes von Schwerin für das Kloſter Arendſee, vom 13. Januar 1271.

Hermannus, dei gracia Zwerinenſis epiſcopus, Vniuerſis Criſti fidelibus preſentes litteras audituris ſalutem in domino. Si ad eccleſias et loca deo dicanda benigne dirigimus aciem mentis noſtre et eorum profectibus intendimus diligenter, Nedum exinde retribucionis merita, ſed eciam laudis preconia conſequimur temporalis. Hinc eſt, quod nos omnibus Criſti fidelibus vere confeſſis et contritis, qui dilectis in Criſto Prioriſſe et conuentui ſanctimonialium monaſterii in Arneſſe Verdenſis dyoceſis ad fabricam et ad ſuſtentacionem earundem, cum eis proprie non ſuppetant facultates, manum porrexerint adiutricem, quadraginta dies et karenam de iniuncta ipſis penitentia miſericorditer relaxamus, cum adhibicione conſenſus dyoceſani, preſentibus poſt quinquennium minime valituris. Datum Arneſſe, in octaua ephiphanie, Anno domini M°. CC°. LXXI°.

XI. Die Markgrafen Otto und Albrecht überlaſſen dem Kloſter das Dorf Kläden, am 4. Juli 1271.

In nomine ſancte et indiuidue trinitatis Amen. Quemadmodum tempus mobile eſt et ſemper defluens fluit, ita cum tempore temporales defluunt actiones, Sole enim res diuine perfectiſſime

ſunt, humane vero generis condicio in futurum decurrit, et nichil eſt, quod in ipſa perpetuo ſtare poſſit. Voce igitur teſtium indiget et teſtimonio litterarum. Nam fidele teſtimonium habet ſcriptura, que hominibus intereuntibus ea, que ſibi commendantur, non ſinit aliquatenus interire. Hinc igitur eſt, quod nos Otto et Albertus, dei gracia Marchiones Brandenburgenſes, Notum facimus Vniuerſis tam preſentibus quam futuris et tenore preſencium proteſtamur, quod nos eccleſie ſancte Marie in Arneſſe, vt ibidem domino ſeruientes ſanctimoniales eo vberius perpetuo ſuſtententur, vtque ibi progenitorum noſtrorum in diuinis obſequiis memoria indeficiens habeatur, villam Clödene cum aduocacia et omni Juris poteſtate, proprietate ac feodo donamus propriam et perpetuo poſſidendam, Ita quod nec per nos nec per noſtros ſuccedentes nobis heredes peticio exactoria de hiis bonis, que ſcilicet peticio Bede wlgari teutonico nominatur, in perpetuum requiratur. Inſuper vniuerſa priuilegia, que noſtri progenitores eccleſie ſupradicte ſuper quibuscunque articulis tradiderunt, ſcripto, teſtibus ac Sigillis preſentibus confirmamus. Huius rei Teſtes ſunt Dominus Luchardus de meinerſem vir nobilis, Et ceteri noſtri milites et vaſalli henricus de Wodenſwege, Arnoldus de Jaghowe, Gheuehardus de aluenſleue, Wernerus de Sculenborch, Conradus de ſtendale Marſcalcus, reynoldus de karſtede. Vt autem hec omnia ſupradicta per nos ac per noſtros heredes in perpetuum inuiolabiliter obſeruentur, Preſentem paginam inde conſcribi fecimus et ſigillorum noſtrorum appenſionibus roborari. Datum zoltwedel, anno domini M°. CC°. LXXI°., Nonas Julii quarto.

XII. Die Markgrafen Otto und Albert überlaſſen dem Kloſter Arendſee eine Hebung aus Neulingen, am 5. Juli 1271.

In nomine ſancte et indiuidue trinitatis Amen. Humane actiones a memoria hominum laberentur, ſi non litterarum teſtimonio firmarentur, fidele et enim teſtimonium habet ſcriptura, que intereuntibus hominibus ea, que ſibi commendantur, non ſinit aliquatenus interire. Hinc igitur eſt, quod nos Otto et Albertus, dei gracia Marchiones Brandenburgenſes, Notum facimus vniuerſis tam preſentibus quam futuris tenore preſencium proteſtantes, quod nos eccleſie ſancte marie virginis in Arneſſe Ad maiorem ſuſtentacionem et profectionem ſanctimonialium in eodem loco deo et ſue piiſſime genitrici ſeruiencium Tres Choros Siliginis in villa Neylinghe donamus proprios et perpetuo poſſidendos, qui tres Chori dabuntur ſiue dari debent annis ſingulis de Campo slauicali, qui Stigreuelde in volgari teutonico nuncupatur. Huius donacionis Teſtes ſunt noſtri milites et fideles Heinricus de Wodenſuege, Rodolfus de ymbeke, Johannes frater ſuus, Conradus de Stendal Marſcalcus, Johannes de Hauelberghe, Reynoldus de karſtede, Johannes de Cumeloſe. Vt autem omnia ſupradicta per nos et per Succedentes nobis heredes noſtros imperpetuum inuiolabiliter obſeruentur, ne quoque vlli ſuper predictis dubium futuris temporibus oriatur, preſentem paginam inde conſcribi fecimus et Sigillorum noſtrorum munimine Roborari. Actum et datum Arneſſe, Anno domini M°. CC°. LXXI°., tercio nonas Julii.

XIII. Ablaßbrief des Biſchofes Johann von Litthauen für das Kloſter Arendſee, vom 8. Juli 1278.

Bonitate diuina frater Johannes lethonienſis epiſcopus ordinis domus teutonice Criſti fidelibus vniuerſis hanc litteram audituris Salutem et Benedictionem in domino Jeſu Criſto. Vt eccleſia in Arneſſe verdenſis dyoceſis in honore beate marie virginis et Beati iohannis ewangeliſte dedicata per nos promocionis ſuſcipiat incrementum, omnibus et ſingulis corde contritis et ore confeſſis, qui dedicacionem eiuſdem eccleſie viſitauerint, quocienſcunque ibidem dedicacio ex debito celebratur, necnon in die ipſius Beate marie virginis et Beati Johannis ewangeliſte ibidem patrocinantis ex deuocione locum viſitauerint et eccleſie manum porrexerint adiutricem, auctoritate omnipotentis dei et Beatorum Apoſtolorum Petri et Pauli, eorum meritis confiſi, Centum dies et vnam karenam de iniuncta eis penitentia miſericorditer relaxamus. Datum Arneſſe, Anno domini M°. CC°. LXXVIII°., in die kyliani et ſociorum eius, V°. nonas Julii.

XIV. Die Markgrafen Otto und Albert vereignen dem Kloſter Beſitzungen in Gladigau und Drüſedau, am 20. Februar 1281.

Vniuerſis Criſti fidelibus tam Poſteris quam preſentibus Otto et Albertus, dei gracia Brandenburgenſes marchiones, ſalutem in perpetuum. Quoniam procliue principalis fore maieſtatis culmen decet ad exaudiendum illorum iuſta precamina, qui poſtpoſitis ſecularium vanitatum illecebris Criſto ſub rigide famulantur religionis habitu, et in eo precipue ipſis auditum exhibere facilem, quod regi altiſſimo, per quem reges regnant, eſſe dinoſcitur placiturum, Bonorum quidem operum celebracio, quibus deuotiſſime ſanctimoniales in Arneſſe noſtris in cordibus predicabiliter adornantur, ex ſue nos fragrancie delectamento gratificant, ſicque gratificando delectant, quod ad honorem ipſarum et commodum ampliandum libenter aſſurgimus, et que ipſis proficiant in ſalute, liberaliter inuocamur, Congnoſcentes igitur ipſarum et Clauſtri ſui anguſtiam quoad temporalium detrimenta vtilitatibus earum quibuſlibet ex affectibus iuxta debiti exigenciam compellimur infudare. Vnde licet Jacobus dictus de Brecik racione filiarum ſuarum, quas in prefato clauſtro Arneſſe ad afferendum iugum domini ſuauiſſimum dedicauit, eidem clauſtro et perſonis inibi datori virtutum in voce exultationis iubilantibus ac leticie, chorum ſiliginis et dimidium in molendino Gladegow Vnumque chorum ordei et tredecim pullos et octo denariorum ſolidos in villa Gladegow ſitos, necnon eciam et duos choros ſiliginis in villa Druſedow locatos ſeu poſitos et annuatim ſoluentes, quos a nobis in pheodo ipſe Jacobus poſſedit et habuit, donauit annuo colligendos. Nos nichilominus in gazophilacium domini partem aliquam iacentes, donacionem dictorum bonorum prehabito clauſtro factam, ratam et licitam, Immo utpote neceſſarium recenſentes, proprietatem omnium bonorum premiſſorum ipſi clauſtro Arneſſe pretaxato donamus et dedimus per noſtre plenitudinem gracie et fauoris perpetuis temporibus poſſidendam, nichil Juris uel do-

minii in ipſis bonis nobis poſtmodum vſurpantes. Vt autem de facto huiuſmodi nullis poſterorum noſtrorum cuiuſpiam dubitacionis effigies inculcetur, quin forcius, perhenniter et inuiolabiliter obſeruetur, preſens ſcriptum fieri et ſigillorum noſtrorum affixionibus iuſſimus ſollempniter conſignari. Teſtibus ſubnotatis Venerabili Domino G. Brandenburgenſi epiſcopo, Domino Walthero de Bareboy, Arnoldo de Jagow, helmoldo de dreinleue, hinrico de wildenhagen, Wernero de Sculenborch et aliis quam pluribus teſtimonio fidei decoratis. Datum Sandow, Anno domini Milleſimo Ducenteſimo octuageſimo primo, X°. kalendas Marcii.

XV. Die Markgrafen Otto, Albert und Otto vereignen dem Kloſter eine Hebung aus Bobene, am 1. Dezember 1281.

In nomine ſancte et indiuidue trinitatis. Nos Otto, Albertus, Otto, dei gracia marchiones de Brandenborch, recongnoſcimus et preſenti littera proteſtamur, Quod pro remedio animarum noſtrarum eccleſie Beate marie ſemper virginis in Arnſſe poprietatem donauimus ſuper duobus Choris ſiliginis et vno chori [ſic!] ordei in vna Curia in villa Bobene, quos Errembertus, Miles de Rintorp cum omni Jure eidem eccleſie reſignauit, perpetue poſſidendam. Conceſſimus eciam ipſi eccleſie, quod a Curia et choris prenominatis nec a nobis nec a noſtris beredibus peticio debeat requiri, que bede teutonice nuncupatur. Igitur ut huius noſtre donacionis memoria iugiter teneatur, hanc paginam inde ſcribi iuſſimus et Sigillorum noſtrorum appenſionibus roborari. Teſtes ſunt Arnoldus Jaghowe, Rodolphus de ymbeke, Arnoldus de Bodenſtede et Conradus de konninghefmarke, Aliique quam plures fide digni. Datum anno domini M°. CC°. LXXXI°., kalendis decembris.

XVI. Ablaßbrief des Biſchofes von Minden für das Kloſter Arendſee, vom 1. Januar 1282.

Frater Otto, permiſſione diuina Mindenſis eccleſie epiſcopus, omnibus preſentes litteras inſpecturis Salutem in omnium ſaluatore. Quoniam, ut ait apoſtulus, omnes ſtabimus ante tribunal Criſti, recepturi prout in corpore geſſimus, ſiue bonum fuerit ſiue malum, oportet nos diem meſſionis extreme miſericordie operibus preuenire ac eternorum intuitu ſeminare in terris, quod reddente domino cum multiplicato fructu recolligere mereamur in celis, firmam ſpem fiduciamque tenentes, quod qui parce ſeminat, parce et metet, et qui ſeminat in benedictionibus, de benedictionibus et metet vitam eternam. Cum igitur deo deuote Sanctimoniales in Arneſſe diuinis continuo laudibus inſiſtentes continuam indigenciam paciantur, Vniuerſitatem veſtram rogamus et in

domino exhortamur, quatenus eiſdem pias elemoſinas et grata caritatis beneficia impendatis. Nos vero omnibus, qui predicto loco manum porrexerint adiutricem, de omnipotentis dei et Beatorum apoſtolorum petri et pauli confiſi miſericordia, quadraginta dies de iniunctis ſibi penitenciis miſericorditer relaxamus, conſenſu dyoceſani epiſcopi accedente. Datum Sehuſen, Anno domini M°. CC°. LXXXII, kalendis Januariis. Predictam eciam indulgenciam in diebus patronorum et in anniuerſario dedicacionis eccleſie extendentes.

XVII. Die Markgrafen Otto, Albert und Otto vereignen dem Kloſter eine Hufe bei Seehauſen, welche Ritter Hermann Hunger ihnen aufgegeben hat, am 25. Mai 1283.

In nomine ſancte et indiuidue trinitatis omnibus in perpetuum. Nos dei gracia Otto, albertus et otto, Marchiones Brandenburgenſes preſentibus proteſtamur, quod decimam vnius manſi magni ſiti Juxta zehuſen apud aquam, que Aland dicitur, quam nobis dominus Hermannus miles, dictus fames, et eius filii reſignarunt, contulimus eccleſie ſanctimonialium in Arneſſe ordinis ſancti Benedicti cum omni Jure perpetuo et libere poſſidendam. Et ne quidquam moleſtie eiſdem ſanctimonialibus ſuper eadem poſſeſſione poſſet in poſterum ſuboriri, preſentem paginam ſigilli noſtri munimine fecimus communiri. Acta ſunt hec Sehuſen, Preſentibus Ludolfo prepoſito in zehuſen, Arnoldo de Jaghowe, helmiro louekone, Militibus, et aliis fide dignis. Anno domini M°. CC°. LXXXIII°., VIII kalendas Junii.

XVIII. Ablaßbrief des Biſchofes von Trient für das Kloſter Arendſee, vom Jahre 1285.

Frater heinricus, dei et apoſtolice ſedis gracia Tridentinus epiſcopus, Vniuerſis Criſti fidelibus Verdenſis dioceſis ſalutem et veram in domino caritatem. Quoniam, ut ait apoſtolus, omnes ſtabimus ante tribunal Criſti, recepturi prout in corpore geſſimus ſiue bonum fuerit ſiue malum, oportet nos diem meſſionis extreme miſericordie operibus preuenire ac eternorum intuitu ſeminare in terris, quod reddente domino cum multiplicato fructu recolligere valeamus in celis, firmam ſpem fiduciamque tenentes, quod qui parce ſeminat, parce et metet, et qui ſeminat in benedictionibus, de benedictionibus et metet vitam eternam. Nos itaque volentes fidelibus populis, ſicut ex debito pontificalis officii tenemur, ad optinenda regni celeſtis premia ſuffragari, quod vtique tunc fieri certiſſime creditur, cum per graciam diuinam Indulgenciam conſecuti fuerint delictorum, omnibus Criſtifidelibus, qui monaſterio ſanctimonialium in Arneſſe Verdenſis dyoceſis manum porrexerint adiutricem, vel ad ipſum locum ex deuocione in feſtis ſubſcriptis, videlicet dedicacionis et pa-

tronorum ecclefie et precipuis feſtiuitatibus ordinis, acceſſerint, XL dies et karenam de iniuncta ſibi penitentia miſericorditer relaxamus, ita tamen ſi venerabilis domini dyoceſani epiſcopi conſenſus acceſſerit et voluntas. Datum anno domini M°. CC°. LXXXV°.

XIX. Ablaßbrief des Biſchofes von Augsburg, vom Jahre 1285.

Nos, dei gracia auguſtane eccleſie Epiſcopus, Vniuerſis Criſti fidelibus Salutem et veram in domino karitatem. Quoniam, ut ait apoſtolus, omnes ſtabimus ante tribunal Criſti, recepturi prout in corpore geſſimus, ſiue bonum fuerit ſiue malum, oportet nos diem meſſionis extreme miſericordie operibus preuenire ac eternorum intuitu ſeminare in terris, quod reddente domino cum multiplicato fructu recolligere valeamus in celis, firmam ſpem fiduciamque tenentes, quod qui parce ſeminat, parce et metet, et qui ſeminat in benedictionibus, de benedictionibus et metet vitam eternam. Nos itaque volentes fidelibus populis, ſicut ex debito pontificalis officii tenemur, ad optinenda regni celeſtis premia ſuffragari, quod tunc certiſſime fieri creditur, cum per graciam diuinam indulgenciam conſecuti fuerint delictorum, omnibus Criſtifidelibus, qui monaſterio ſanctimonialium in Arneſſe manum porrexerint adiutricem, vel ex deuocione ad ipſum locum in feſtis ſubſcriptis, videlicet dedicacionis et patronorum ecclefie et precipuis feſtiuitatibus ordinis acceſſerint, XL dies et karenam de iniuncta ſibi penitencia miſericorditer relaxamus, Ita tamen ſi venerabilis domini dyoceſani epiſcopi conſenſus acceſſerit et voluntas. Datum Anno domini M°. CC°. LXXXV°.

XX. Ablaßbrief des Biſchofes Heinrich von Havelberg.

Heiricus [ſic], dei gracia Hauelbergenſis epiſcopus, Vniuerſis in Criſto fidelibus preſentes litteras audituris Salutem in domino. Si ad eccleſias et loca deo dicata benigne dirigimus aciem mentis noſtre et eorum profectibus intendimus diligenter, Nedum exinde retribucionis merita, ſed eciam laudis preconia conſequimur temporalis. Hinc eſt, quod nos omnibus Criſti fidelibus vere confeſſis et contritis, qui dilectis in Criſto Prioriſſe et Conuentui ſanctimonialium monaſterii in Arneſſe verdenſis dyoceſis ad fabricam et officinas eiuſdem ac ad ſuſtentacionem earundem, cum eis proprie non ſuppetant facultates, manum porrexerint adiutricem, de omnipotentis dei miſericordia et Beatorum apoſtolorum petri et pauli confiſi miſericordia, quadraginta dies de iniunctis ſibi penitenciis miſericorditer relaxamus, In feſtis domine noſtre, ſcilicet Natiuitatis domini et Aſſumpcionis ſancte marie et natiuitatis eius et in octauis eorundem, et in ſollempnitatibus patronorum, ſcilicet ſancti Johannis ewangeliſte et ſancti Johannis Baptiſte et Apoſtolorum Petri et Pauli et

ſancti Nicolai et ſancti Benedicti et in octauis eorum, et in anniuerſario dedicacionis eccleſie et in conſecracione altarium, conſenſu dyoceſani epiſcopi accedente.

XXI. Arnold von Bodenſtede ſtattet ſeine Tochter für das Kloſter mit Hebungen aus Rademin und Viſſem aus, am 14. Auguſt 1289.

In nomine domini Amen. Ne ea, que aguntur in tempore, ſimul cum tempore defluant et euaneſcant, neceſſe eſt, ut per litteras et teſtium inſcripcionem robur accipiant perpetue firmitatis. Ea propter notum ſit vniuerſibus tam preſentibus quam futuris, Quod Ego Arnoldus miles dictus de Bodenſtede donaui eccleſie et Conuentui in Arneſſe cum Mechtildi filia mea, que ſe ibidem voluntarie et proprio motu obtulit domino Jeſu Criſto, tres Choros in Redditibus in villa Rademyn cum omni Jure, ſicut ego ipſe vſque in diem habui hodiernam. Preterea erogaui dicte filie mee vnum chorum in villa viſſim temporibus vite ſue libere poſſidendum, qui ad ſuos fratres redibit ipſius poſt deceſſum. Si vero eccleſia prefata bonorum predictorum in Rademyn proprietatem vellet in poſterum comparare, in hoc ipſam eccleſiam non deberem impedire, neque filii mei neque aliquis ex parte noſtra, ſed proprietate obtenta debeo ipſa bona voluntarie reſignare. Si autem dicta eccleſia proprietatem conſequi non valeret, et alicui bona prefata, qui mee eſſet condicionis vel qui meo omagio nollet eſſe ſubiectus, vendere vellet, tunc bonis renunciare deberem ſimiliter antedictis. Sed ſi alicui dicta bona, qui ea de me in feodo vellet tenere, a prefata eccleſia venderentur, illi teneor ipſa bona conferre ſeu concedere, ſeruicio depoſito quolibet et excepto. Ne igitur alicui in poſterum de premiſſis aliquod dubium oriatur, preſentem paginam inde conſcriptam domini Werneri de Sculenborch et domini henrici fratris mei ac domini Henninghi de Chartowe ſigillis, quia ipſe proprio careo ſigillo, In euidens feci teſtimonium roborari. Teſtes vero huius facti ſunt Dominus Syfridus de Walſtove, Dominus Johannes de krughe, dominus Wernerus de Sculenborch, Deminus henninghus de Chartowe, Dominus henricus de Bodenſtede frater meus, et Johannes de bodenſtede meus conſanguineus, Et alii quam plures fide digni. Datum et actum anno Incarnacionis domini M°. CC°. LXXXIX°., in Craſtino beati Johannis Baptiſte.

XXII. Der Rath zu Salzwedel bekundet den Verkauf von Pächten aus der Mühle zu Gladigau an das Kloſter, am 1. Januar 1291.

Nos Albertus de dyſtorp, henricus pertzeual, Henricus de Mechowe, Johannes dordenthun, Thethardus felix, Johannes de Thuritz, Johannes de Luchowe,

Bertoldus de vlſen, Criſtianus iuxta fontem, Godekinus de Steſowe, henricus de Brome et Heynemannus de Gorceke, Conſules veteris ciuitatis Saltwedele, recongnoſcimus et in noticiam vniuerſalem cupimus tenore preſencium deuenire, quod Thidekinus godeſchalci et Johannes ſteſow vendiderunt eccleſie et Conuentui ſanctimonialium in Arneſſe vnum Chorum Siliginis in redditibus annuis, quem habuerunt in molendino Gladegowe, cuius chori pheodum, quod dicitur lenwere, Thidekinus et Johannes predicti ſeruabunt ſeu tenebunt ad vſum prefate eccleſie, donec ipſa eccleſia eiuſdem chori proprietatem poterit obtinere, tunc vero debent antedictum pheodum reſignare, quod eciam eorum heredes, ſi ad ipſos deuenerit, facere tenebuntur. Huius autem facti nos teſtes ſumus, quod preſentibus ciuitatis noſtre Sigillo roboratis duximus affirmandum. Datum anno domini M°. CC°. LXXXXI, In circumciſione domini.

XXIII. Papſt Honorius IV. geſtattet dem Convent, in Zeiten eines Interdicts bei verſchloſſenen Thüren ſtill den Gottesdienſt zu feiern, am 28. Juni 1293.

Honorius epiſcopus, ſeruus ſeruorum dei. Dilectis in Criſto filiabus Prioriſſe ac Conuentui Monaſterii de Arneſſe ordinis ſancti Benedicti verdenſis dyoceſis Salutem et apoſtolicam benedictionem. Solet annuere ſedes apoſtolica piis votis et honeſtis petentium precibus fauorem beniuolum impertiri. Ea propter, dilecte in Criſto filie, veſtris iuſtis poſtulacionibus grato concurrentes aſſenſu auctoritate vobis preſencium indulgemus, vt, cum generale interdictum terre fuerit, liceat vobis clauſis Januis, excommunicatis et interdictis excluſis, non pulſatis campanis, niſi forſan cauſam dederitis interdicto, ſuppreſſa voce diuina officia celebrare. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtre conceſſionis infringere vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare preſumpſerit, indignacionem omnipotentis dei et beatorum petri et pauli apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Datum Reate, IIII. kalendas Julii, Pontificatus noſtri anno Nono.

XXIV. Ablaßbrief des Pabſtes Honorius IV. für das Kloſter, vom 2. Auguſt 1293.

Honorius epiſcopus, ſeruus ſeruorum dei, Vniuerſis Criſti fidelibus per Moguntinam prouinciam conſtitutis Salutem et apoſtolicam benedictionem. Quoniam, ut ait apoſtolus, omnes ſtabimus ante tribunal Criſti, recepturi prout in corpore geſſimus, ſiue bonum, ſiue malum, oportet nos diem meſſionis extreme miſericordie operibus preuenire et eternorum Intuitu ſeminare in terris, quod reddente domino cum multiplicato fructu recolligere debeamus in celis, firmam ſpem fiduciamque tenentes, quod qui parce ſeminat, parce et metet, et qui ſeminat in benedictionibus de be-

nedictionibus et metet vitam eternam. Cum igitur dilectus filius Prepoſitus in Arneſſe verdenſis dyoceſis et ſanctimoniales in eodem loco deo conſecrate ad promocionem eccleſie ſue diligenter intendant, nec ac hoc ſibi proprie ſuppetant facultates, Vniuerſitatem veſtram monemus et hortamur in domino ac in remiſſionem vobis inniungimus peccatorum, quatenus eidem eccleſie pias elemoſinas et grata ſubſidia erogetis, ut et ipſa eccleſia veſtro valeat auxilio promoueri, et vos per hec et alia bona, que deo inſpirante feceritis, poſſitis ad eterne felicitatis gaudia peruenire. Nos autem de omnipotentis dei miſericordia et beatorum Petri et Pauli apoſtolorum eius auctoritate confiſi, omnibus vere penitentibus et confeſſis, qui predictam eccleſiam in Natiuitate beate virginis marie aut in Anniuerſario dedicacionis die deuocionis gracia viſitauerint, viginti quinque dies de iniuncta ſibi penitencia miſericorditer relaxamus. Datum Reate, II. kalendas Auguſti, Pontificatus noſtri Anno nono.

XXV. Johann und Mathias von Jagow überlaſſen dem Kloſter Arendſee das Lehn über den Schulzen in Kläden, im Jahre 1293.

Que geruntur in tempore ne ſimul labantur cum lapſu temporis poni ſolent in lingua teſtium vel ſcripture memoria perhennari. Hinc eſt, quod nos Johannes et Mathias dicti de Jaghow iſtius tenore pagine notum facimus tam preſentibus quam futuris, quod vnius manſi et decem ſolidorum feodum, quod Scultetus ſiue villicus in villa Clodene de manu noſtra tenuit, Pro ſalute et Remedio animarum noſtrarum, patris noſtri ac matris noſtre, clauſtro in arneſſe ad vſum ſanctimonialium ibidem iugiter die noctuque domino famulancium contulimus omni Jure. Vt igitur hec donacio firma et inuiolabilis perſeueret, eidem cenebio ſuper hoc ſcriptum noſtrum dedimus et illud Sigilli noſtri appenſione fecimus communiri. Teſtes huius donacionis ſunt Ludolfus, quondam eiuſdem clauſtri prepoſitus, Wernerus miles dictus de Sculenborch, Bodo miles dictus de Walſtoue. Datum anno domini Milleſimo ducenteſimo XCIII°.

XXVI. Johann und Mathias von Jagow überlaſſen dem Kloſter alle ihre Rechte auf 5 Hufen in Kläden (1293?).

Litteris preſentibus proteſtamur, Quod nos fratres Johannes et Mathias dicti de Jaghowe omne Jus, quod habuimus in quinque manſis in villa Clodene, Sanctimonialibus in Arneſſe donauimus propter deum. Ne igitur in Poſterum exinde contencio oriatur, noſtri ſigilli munimine fecimus roborari.

XXVII. Markgraf Hermann ſchenkt dem Kloſter Arendſee Beſitzungen in Deſſau und Heiligenfelde, am 24. Januar 1297.

Hermannus, dei gracia Brandenburgenſis Marchio, omnibus preſentem litteram inſpecturis ſeu audituris Salutem in omnium ſaluatore. Que geruntur in tempore ne ſimul recedant cum tempore, Expedit propter obliuionem hominum ſcripturarum teſtimonio perhennari. Hinc eſt, quod notum eſſe cupimus tam preſentibus quam futuris, quod nos proprio motu ac in remedium anime noſtre, necnon in ſaluacionem progenitorum noſtrorum pie memorie, dedimus et donamus cenobio ac conuentui in Arnſe proprietatem duorum manſorum in Deſſow, quos Conradus de Gladegow a nobis iuſto pheodo poſſedit. Damus eciam eidem eccleſie ac Conuentui proprietatem quinque manſorum in hilghenuelde perpetualiter poſſidendam, quos Dominus Loneke noſter fidelis a nobis habuit Jure pheodali. Et ne ex hoc aliquod poſſit oriri dubium, preſentem litteram noſtri Sigilli munimine fecimus communiri. Datum Arneborg, Anno domini M°. CC°. XC°. VII°., In die thimothei Apoſtoli. Preſentibus teſtibus infraſcriptis Domino Bodone de Walſtoue, Domino Crucemanno, Domino Conrado Scriptore et aliis multis fide dignis.

XXVIII. Der Convent des Kloſters Arendſee bekundet eine Zuwendung, die ihm von einem Malchiner Bürger zu Werckenthin gemacht iſt, am 9. Mai 1298.

Vniuerſis Criſti fidelibus preſencia viſuris uel audituris Ludolfus prepoſitus, konegundis prioriſſa Totuſque conuentus Sanctimonialium in Arnſe cum deuotis oracionibus veram in domino karitatem. Ne ea, que geruntur in tempore, lapſu temporis a memoria hominum euaneſcant, expedit eadem ſcriptura uel lingua teſtium roborari. Nouerint igitur preſentes et poſteri, quod Guntherus, ciuis in malchin, noſtro conuentui in Arnſe prenominato duos manſos noſtre ville Warghentin adiacentes, quos ab eodem in pheodo tenuit, in elemoſinam et anime ſue remedium cum omnibus prouentibus eorundem in proprium aſſignauit, tali condicione, vt eorundem manſorum prouentibus idem Guntherus vite ſue pociatur temporibus, et vbicunque locorum moratus fuerit, ſibi octo tremodia annone, ſcilicet quatuor ſiliginis et quatuor ordei annis ſingulis et tempore debito, quamdiu vixerit, perſoluamus. Sed poſtquam memoratus Guntherus viam carnis migrauerit vniuerſe, ad noſtrum Conuentum prefati manſi cum vniuerſitate, ſicut eſt prehabitum, deuoluuntur. Verumptamen ob huius donacionis remuneracionem, cum primo fuerit nobis eiuſdem obitus nunciatus, confeſtim ſui memoriam in triceſimo et deinceps diem anniuerſarii ſui anno quocunque reuoluto ſalubriter peragemus. Preterea extunc in qualibet ebdomada duas miſſas pro defunctis, vnam feria quarta, alteram die ſabbati, anime ſue infra noſtrum conuentum procurabimus perpetuo celebrari. Ceterum de premiſſorum manſorum prouentibus vnam marcam denariorum eccleſie in Warghentin ad luminare Beate katherine ibidem patrone debebimus annis ſingulis conſtituere perſoluendam. Ne igitur hominum poſteritas vacillet in poſterum de premiſſis, conſules ciuitatis malechin,

qui huic interfuerunt donacioni, petiuimus preſens ſcriptum ſui ſigilli munimine in teſtimonium roborare. Nos quoque ſigillum noſtri conuentus preſentibus in ſignum perpetue certitudinis duximus apponendum. Sunt autem teſtes huius facti Dominus martinus, plebanus in malechin, Dominus Johannes pomerinus (ſic) in dargun, clerici, Et tunc temporis conſules ciuitatis Malechin, videlicet Guntherus ſepeſatus, Thidericus Gubo, Johannes de pinnow, Johannes de vttekow, Wilbrandus, Gherardus Berenvreter, Thidericus de Brenns, hermannus de dukow, Item Hermannus de piſce, Johannes de Jeſſin, et alii quam plurimi fide digni. Datum Malechin ſub anno domini M°. CC°. XCVIII°., Septimo Idus maii, feria ſexta ante aſcenſionem domini proxima. Per manum hinrici, tunc rectoris ſcolarium in Malechin.

XXIX. Der Convent des Kloſters Arendſee bekundet, was Gerhard Wolf und deſſen Bruder Johann von Gladigau ihm im Dorfe Sannem zugewandt hat, am 12. Mai 1298.

Vniuerſis preſencia viſuris ſiue audituris Ludolphus, dei gracia prepoſitus, konegundis, Prioriſſa, et Conuentus ancillarum Jeſu Criſti Monaſterii in Arnſe verdenſis dyoceſis Salutem in virginis filio crucifixo. Noueritis, quod Gherardus lupus, cuius anima in Beatudine requieſcat, in ſui teſtamenti ordinacione de conſenſu et beneplacito Johannis, fratris ſui, dicti de Gladegowe, Necnon legitimorum heredum ſuorum omnium, non ſolum pro ſue anime ſalute, verum eciam cunctorum progenitorum ſuorum remedio, nobis et monaſterio noſtro duos Choros ſiliginis in villa Sannem in Curia henrici dicti de yedeſſe dedit et contulit perpetuo poſſidendos, Cuius curie cultor robore aduocacie, quam a predicto Johanne de Gladegowe pro noſtra pecunia comparauimus, in ſolucione trium modiorum auene XX denarios annuatim cenſuali nomine et ad ſeruicia nobis et eccleſie noſtre exhibenda et ad dandam mediam partem minute decime iugiter ſit aſtrictus. Verumptamen Alheidis et Mechchildis, ſorores predictorum fratrum de Gladegowe, noſtre moniales, de prehabitis duobis choris Siliginis vnum chorum, quoad vixerint, tollent et in ſuum vſum conuertent, prout eis videbitur expedire, Ita videlicet, vt cum vna earum deceſſerit, medietas chori ſimul nobis conuentui cedet, Sed poſt mortem ambarum ſepedictus chorus ſiliginis ad nos et noſtram eccleſiam libere deuoluetur. In cuius rei teſtimonium Sigillum noſtrum vna cum ſigillis honorabilium virorum domini Gheuehardi de Gyſchowe et domini philippi de Stockem, eo quod preſencialiter interfuerunt, preſentibus eſt appenſum. Datum anno domini M°. CC°. XCVIII°., IIII°. ydus maii.

XXX. Markgraf Hermann genehmigt eine von Gerhard von Möllendorf vorgenommene Schenkung an das Kloſter Arendſee, am 10. November 1299.

Hermannus, dei gracia Brandenburgenſis Marchio et dominus de hennenberg, Omnibus Criſti fidelibus preſentes litteras inſpecturis Seu audituris Salutem in domino ſempiternam. Ne ea, que geruntur in tempore, Simul recedant cum lapſu temporis, Expedit acta hominum Sigillatis apicibus eternari, Cupientes itaque honeſti militis Gherardi de molendorp, noſtri fidelis dilecti, iuſtis peticionibus non deeſſe, Et eciam in remedium anime noſtre fauorabiliter annuere votis ſuis, Duos choros ſitos in villa Bocholte duri frumenti damus, tradimus et liberaliter aſſignamus, vt ad Clauſtrum Sanctimonialium in Arneſſe cum omni Jure et proprietatis tytulo debeant perpetuis temporibus pertinere, eo Jure eciam poſſideant pacifice et quiete, quo nos vel noſtri heredes debuiſſemus poſſediſſe. Et ne ex hoc alicui fiat dubium, preſentem litteram noſtri ſigilli munimine iuſſimus communiri. Teſtes huius ſunt Hinricus et Gheuehardus fratres de Aluenſleue, Dreyſekinus, Albertus de wodenſwege, Johannes Cruſemark, noſtri milites, Et alii quam plures fide digni. Actum et datum Arneburgh, Anno domini M°. CC°. nonageſimo nono, In vigilia beati Martini.

XXXI. Markgraf Hermann überläßt dem Kloſter Arendſee zwei Hufen in Pinnow, am 15. Auguſt 1303.

Hermannus, dei gracia Marchio Brandenburgenſis et dominus de hennenberg, Vniuerſis preſentem litteram inſpecturis Salutem in domino ſempiternam. Ne ea, que geruntur, ſimul cum tempore euaneſcant, expedit, acta hominum ſigillatis apicibus eternari. Nouerint igitur tam poſteri quam preſentes, quod honorabilis viri domini henrici, prepoſiti in prizwalc et Rectoris eccleſie in Arnneborch, cappellani noſtri dilecti, precibus inclinati Clauſtro et Conuentui ſanctimonialium in Arneſſe contulimus et dedimus, damus et conferimus in hiis ſcriptis Duos manſos in villa pynnowe ſituatos cum omnibus attinenciis et pertinenciis et vniuerſis Juribus et vtilitatibus proprietatis tytulo in perpetuum poſſidendos, Tranſferentes in dictum clauſtrum et conuentum omne Jus poſſeſſionis, proprietatis et vtilitatis prefatorum manſorum abſque angariis et parangariis, precariis, exactionibus et ſeruiciis generis cuiuſcunque. Renunciamus eciam omni Juri et vtilitati, quod nobis ſeu noſtris ſucceſſoribus de ſepedictis manſis poterit in poſterum deriuare. Vt autem hec donacio a noſtris ſucceſſoribus et officialibus firma et inuiolata permaneat, preſentem litteram ſigilli noſtri munimine duximus communiendam. Teſtes autem huius ſunt Dominus henricus de aluenſleue, Dominus Borchardus de Berenwinkel, Dominus henricus pincerna, et Dominus droyſiko dapifer, et dominus Rudolfus de Nembek Plebanus in Berlyn. Actum et datum in Spandowe, in Aſſumpcione beate virginis, Anno domini Milleſimo Trecenteſimo tercio, et decimo octauo kalendas ſeptembris.

XXXII. Ritter Philipp von Stockem verſchreibt dem Kloſter Arendſee mit ſeiner Tochter eine Hebung aus Tramm, am 4. März 1304.

Nos Philippus, miles dictus de Stockem, Vniuerſis Criſti fidelibus hanc litteram viſuris Salutem in filio virginis glorioſo [ſic!]. Nouerint vniuerſi preſentis pagine inſpectores, quod nos cum noſtra filia Greta donauimus conuentui ſanctimonialium in Clauſtro Arneſſe quatuor manſos ſoluentes III Chorum ſiliginis minus duobus modiis in villa Tramme cum omni Jure, ſicut pater noſter nobis ipſos hereditauit, libere et perpetuo poſſidendos. Vt igitur iſtud ſiue iſta donacio firma ſit et a noſtris heredibus inuiolabiliter obſeruetur poſt obitum noſtrum, hoc milites ſubſcripti nobiſcum compromittunt, videlicet halto et hermannus fratres dicti de angeren, necnon Droyſeko de Crochere tunc temporis dapifer, qui ſimul nobiſcum in Euidenciam huius danacionis et facti preſentem litteram ſuper hoc confectam ſigillorum ſuorum appenſione fecerunt communiri. Datum et Actum Anno domini M°. CCC°. IIII°., feria quinta ante dominicam Letare, in caſtro Calue.

XXXIII. Otto und Gunzel, Herren zu Putlitz, Hofmarſchälle, bekunden, ihrerſeits die zwei Hufen zu Pinnow dem Kloſter Arendſee reſignirt zu haben, am 2. Februar 1304.

In nomine Sancte et indiuidue trinitatis amen. Nos Otto et Guntzelinus, fratres, domini in potlyſt et Marſcalci Curie brandenburgenſis, omnibus Criſti fidelibus preſentem audituris continenciam ſeu viſuris Salutem in omnium ſaluatore. Cum ex fragilitate condicionis humane hominum memoria Sit labilis, vita breuis, expedit, vt rite acta litterarum ſerie et fidelium teſtimonio perhennentur. Recongnoſcimus igitur et preſentibus publice proteſtamur, quod Jus pheodale de duobus manſis ville pinnowe, Juxta ciuitatem Oſterborch adiacentibus, eccleſie in Arneſſe generaliter cum omnibus pertinenciis et prouentibus Intuitu dei voluntarie reſignauimus. Nos quoque oracionum et aliorum bonorum operum Sanctimonialium ibidem in Anima et corpore participes fieri cupientes, ad laudem dei omnipotentis eiuſque matris marie virginis perpetue, ad ſalutem quoque animarum, noſtrarum videlicet et progenitorum, heredum ac ſucceſſorum noſtrorum, Jus noſtrum, quod in predictis duobus manſis huc vſque habuimus, prefate eccleſie in Arneſſe pure et libere donauimus propter deum. Vt autem hec noſtra donacio a noſtris Succeſſoribus Inuiolabilis perpetuo perſeueret, Preſens ſcriptum noſtri Sigilli munimine fecimus communiri. Datum anno domini M°. CCC°. IIII°., in feſto purificacionis beate virginis.

XXXIV. Biſchof Friedrich von Verden beſtätigt eine mildthätige Anordnung ſeines ehemaligen Propſtes dem Kloſter Arendſee, am 27. März 1308.

Fredericus, dei gracia Verdenſis eccleſie Epiſcopus, Vniuerſis Criſti fidelibus preſentem litteram viſuris ſiue audituris Salutem fructuoſam et ſinceram in domino karitatem. Cura paſtoralis nos hortatur fideliter et ammonet, ut ad ea, que ob ſpem diuine retribucionis a noſtris ſubditis diſponuntur, curemus adhibere operam efficacem. Ordinacionem vero honorabilis viri domini Henrici, quondam prepoſiti in Arnſe, nunc autem in kreueze, preſentibus approbamus, ſcilicet elemoſinam, quam predicto monaſterio arnſe ſiue virginibus Criſti ibidem deo Jugiter famulantibus aſſignauit, Confirmamus, nolentes hoc ab aliqua perſona contradici, ſed quitquit per prehabitum dominum henricum in elemoſinis dandis ordinatum fuerit, ratum et inviolatum perpetue permanebit. In virtute igitur ſancte obediencie et ſub pena excommunicacionis perhibemus diſtrictius in hiis ſcriptis, ne prehabita gracia ancillis Criſti predictis fauorabiliter deputata in perpetuum violetur. In cuius Rei teſtimonium Preſentem litteram Sigilli noſtri munimine duximus roborandam. Datum anno domini M°. CCC°. VIII°., feria quarta poſt dominicam, qua cantatur Letare.

XXXV. Peter von Gardiz einigt ſich mit dem Kloſter Arendſee über einen Gütertauſch, am 2. Juni 1309.

Ideo factis modernorum racionabiliter ordinatis cautela ſcripturarum apponitur, ne temeritas ſucceſſorum acceſſum habeat malignandi. Ego petrus de Gardiz Notum eſſe cupio vniuerſis, quod Conuentus beate marie virginis in Arneſſe cum omni Jure poſſidebat vnum Chorum tritici In Curia dicta Scarpenhoue, Cum quo conuentu et Eccleſia Beate Marie Virginis in Arneſſe permutacionem feci libero motu, Ita videlicet, quod antedictus conuentus Jure hereditario in perpetuum In curia mea dicta Coder ſita apud Ciuitatem Sehuſen vnum chorum tritici libere et quiete recipiat poſſidendum, Qui chorus predictus per meum currum in Ciuitatem zehuſen, in quam domum ſepiuſdictus Conuentus voluerit, deportabitur annuatim, Hec [ſic!] forma adiecta, Vt ſi aliquando alius Chorus tritici boni valoris et certitudinis in loco apto et commodo ad emendum cum omni libertate inueniatur, tunc prepoſitus ſepedicti conuentus in Arneſſe et antenominatus petrus de Gardiz addent ſeu component inter ſe ad dictam empcionem chori, ſi neceſſe fuerit, quilibet vnam marcam argenti ſtendalenſis. Ne igitur alicui ſucceſſorum meorum in poſterum de meo facto ſeu permutacione dubium oriatur, preſens ſcriptum dedi cum nominibus eorum, qui permutacioni predicte, cum fieret, affuerunt, et conſcripſi Et Sigilli mei appenſione communiui. Ego Johannes Miles de Gardiz ad maiorem euidenciam mei Sigilli appenſione Roboraui. Nomina teſtium ſunt hec Johannes Plebanus de Wancewere, frater Johannes de owloſen, Conradus de Boſwede, hinricus de Boſwede, hyſo de Gere, et alii quam plures. Nouerint igitur vniuerſi, quod nos Conſules Ciuitatis zehuſen ad inſtanciam Petri de Gardiz

multociens dicti permutacionem ſepe nominatam, quam coram nobis cum honorabili viro Ludolpho prepoſito in Arnſe bene ordinauit et debito fine terminauit, Ad maioris certitudinis caucionem cum ſigillo [ſic!] noſtre ciuitatis firmauimus munimento. Datum et actum Sehuſen, Anno domini M°. CCC°. IX°., feria ſexta poſt diem apoſtolorum petri et pauli, Quarto nonas Julii.

XXXVI. Die von Königsberg überlaſſen den Hof Schnellenberg bei Werben dem Kloſter Arendſee, am 15. Auguſt 1309.

Ideo factis modernorum racionabiliter ordinatis Cautela ſcripturarum apponitur, ne temeritas ſucceſſorum acceſſum habeat malignandi. Sciant ergo preſentes et futuri temporis poſteritas, quod nos Bertoldus miles, Ghiſo, hinricus, Goceko dicti de konigeſberghe famuli Conuentui et Eccleſie Sanctimonialium Beate virginis in Arneſſe Curiam noſtram dictam Snellenberghe, ſitam apud Ciuitatem Werben, cum omni Jure, quod in eadem habuimus, cum duobus pullis, vnanimi conſenſu et motu libero et voluntate arbitraria donauimus et preſentibus reſignamus. Vnde ne donacionem noſtram antedictam in poſterum alicuius impediat calumpnia aut obliuio deleat, vel alicui ſucceſſorum noſtrorum de facto noſtro Juſte, bene et laudabiliter ordinato dubium oriatur, preſentem paginam cum nominibus eorum, qui donacioni predicte, cum fieret, interfuerunt, conſcripſimus et Sigilli noſtri firmauimus munimento. Nomina teſtium ſunt hec Johannes Plebanus in Crughe, Johannes Plebanus in hilghenuelde, Bertoldus plebanus in Cowlitz, Gherardus plebanus in Clodene, Theodericus miles dictus de Retuelde, Johannes miles de Rore, heyſo dictus de Ghere, Stargarde, Conradus dictus de Wentmarke, famuli, et alii quam plures fide digni. Nouerint igitur vniuerſi, quod nos Conſules ciuitatis Werben ad peticionem honorabilis viri Domini Ludolphi, prepoſiti Sanctimonialium Beate Virginis in Arnſe, necnon Bertoldi militis et filiorum ſuorum ſupradictorum famulorum de konnigeſberghe donacionem ſepe dicte Curie, videlicet Snellenberghe, quam coram nobis debito modo ſiue decenti ordinauerunt et preciſe terminauerunt. Ad maioris certitudinis caucionem Sigilli noſtri appenſione fecimus Roborari.

XXXVII. Graf Nicolaus von Danneberg ſtattet die Tochter des Ritters Philipp von Stockem für das Kloſter Arendſee aus, am 21. Juni 1311.

In nomine domini Amen. Nos nycolaus, Comes de dannenberghe, dei gracia omnibus Criſti fidelibus preſencia viſuris et Audituris Salutem in virginis filio Benedicto. Quoniam

nullius rei memoria in hoc habet ſeculo firmitatem, ſi non litteris et ſcripturis perpetue robur acceperit firmitatis, In noticiam igitur vniuerſalem preſencium tenore volumus deuenire, quod ad ſuſtentacionem Sanctimonialium deo ſeruiencium in Arneſſe quator manſos ſoluentes III choros ſiliginis minus duobus modiis in villa dicta Tramme, in lignis, paſcuis, cum omni Jure, agris et proprietate, quos manſos dominus philippus miles dictus de ſtockem a nobis habuit et cum filia ſua in Cenobium ſanctimonialium in Arneſſe contradidit, ob honorem et Reuerenciam glorioſiſſime marie genitricis eiuſdem virginis intemerate necnon ſancti Johannis apoſtoli et ewangeliſte donauimus quiete et perpetue libere poſſidendos. Et vt huius donacionis certa permaneat prerogatiua, hoc Scriptum ſigilli noſtri impreſſione confirmamus. Huius donacionis Teſtes ſunt henricus nobilis comes de luchowe, Albertus miles de Aluenſleue, Otto miles de dannenberghe, Henricus miles dictus Clitzing, Thidericus miles dictus de Dozing, Bodo miles dictus de kneſbeke. Datum Dannenberghe, Anno domini M°. CCC°. XI°., XI°. kalendas Julii, in die Beati Albani martiris.

XXXVIII. Die von Garthow überweiſen dem Kloſter Arendſee Hebungen aus Lieſten, im Jahre 1312.

Ad perpetuam rei geſte memoriam. Nos Beſeke, helmerus, Johannes, Conradus et Borchardus fratres, filii domini henninghi, militis dicti Rufi pie memorie, de Garthowe, omnibus hanc paginam viſuris vel audituris ſalutem in eo, qui eſt omnium vera ſalus. Quoniam ea, que geruntur in tempore, ſimul eciam cum tempore labuntur, niſi ſcripture teſtimonio roborentur, hinc eſt quod nos fratres predicti recongnoſcimus in hiis ſcriptis publice proteſtantes, Quod de vnanimi conſenſu donauimus et aſſignauimus monaſterio Sanctimonialium in Arnſe cum noſtra Sorore, quam eiuſdem monaſterii Sanctimoniales in ſuum receperunt collegium, duos Choros ſiliginis cum dimidio in villa Lyſten percipiendos de Curiis infra ſcriptis, Videlicet in Curia hermanni dicti de Berkowe viginti octo modios, In Curia Johannis dicti de pekolt quatuordecim modios, In Curia Willekini prope tranſitum octo modios cum dimidio, In Curia Thiderici tres modios cum dimidio, et in Curia Johannis de Benekendhorpe Sex modios, annis ſingulis ſiue quolibet impedimento perpetuo perſoluendos. Sin autem, quod abſit, annona iam dicta non ſolueretur, tunc prepoſitus monaſterii prelibati per ſuos ſeruos vel nuncios de bonis iam narratis ipſam impignorando extorquebit. Ne vero prenominata bona deteriorari contingat, nos neque noſtri ſucceſſores eorundem bonorum poſſeſſores ſeu colonos moleſtabimus vel grauabimus quoquomodo. Preterea noſter patruus Beſeke omnibus iuribus, que habuit in eiſdem bonis vel habere videbatur, ceſſit penitus et reſignauit, facta ſibi recompenſacione de noſtris aliis redditibus competenti. Vt igitur hec omnia firma et inuiolabilia permaneant et a nullo poſtmodum infringi valeant, Preſentem paginam ſigillorum, videlicet noſtri, domini hinrici de dreyleue, domini frederici, domini henninghi, fratrum de Gartowe, domini Thiderici, domini Bernardi, domini Werneri, fratrum de Schulenborch, Militum, munimine duximus roborandum [ſic!] Teſtes huius facti ſunt

dominus Amilius Sacerdos, Hinricus dictus Thuritz, Thidericus Godeſchalci et Johannes Steſow, aliique quam plures fide digni. Datum anno domini Milleſimo CCC°. XII°.

XXXIX. Biſchof Nicolaus von Verden gewährt der neu erbaueten Kirche zu Lindberge einen Ablaß, am 30. Mai 1314.

Nicolaus, dei gracia Verdenſis eccleſie Epiſcopus, Vniuerſis Criſti fidelibus preſentem litteram viſuris ſiue audituris Salutem ſempiternam et fructuoſam in domino karitatem. Ad deuocionis ardorem et Opera miſericordie Criſti fideles quoſuis accendere Cupientes, Omnibus vere penitentibus, Contritis et confeſſis, qui Eccleſie Beate marie et Beate katherine in Lintberghe nouiter edificate et per nos Conſecrate manus porrexerint adiutrices, Vel qui ſacerdotem cum corpore dominica infirmos viſitantem cum vera contricione ſecuti fuerint, ſeu qui Cymiterium ipſius eccleſie circuerint faciendo memoriam in ſuis oracionibus fidelium defunctorum, pro quolibet circuitu, Auctoritate dei omnipotentis et Apoſtolorum eius petri et pauli et noſtra confiſi, XL dies de iniunctis ſibi penitenciis miſericorditer in domino relaxamus. Datum Geckeleue, Anno domini M°. CCC°. XIIII, tercio kalendas Juni.

XL. Nicolaus und Johann, Herren zu Werle, beſtätigen dem Kloſter Arendſee den Beſitz von Werckenthin, am 2. October 1314.

Nos nicholaus et Johannes, dei gracia domini de werle, et Johannes, eadem gracia domicellus de eodem, Vniuerſis preſencia viſuris ſeu audituris in domino cupimus eſſe notum, quod nos vnanimi conſenſu, habito conſilio noſtrorum fidelium, villam warkentin, quondam per hinricum, dominum de werle, noſtrum patruum bone memorie, domino Johanni de Getze pro quadam pecunia obligatam, Quam dominus Ludolfus, prepoſitus monialium in Arneſſe, ad vſus eiuſdem eccleſie in Arnſe redemit ab heredibus militis antedicti, eccleſie monialium in Arneſſe ſimpliciter propter deum Cum omni Jure, maiore iudicio et minore, et cum precaria tam maiore quam minore, ſine ſeruicio vrbano, cum omnibus ſuis attinenciis et vſufructibus in agris cultis et incultis, ſiluis, paſcuis, paludibus, nemoribus, viis et ſemitis, et ſimpliciter, ſicut ſub propriis terminis continetur, Similiter capturam piſcium in dimidio ſtagno et fluenti aqua, que pena vocatur, Et de fluuio Zuzina vſque ad ſiluam quercinam infra malchin et warkentin vſque ad foſſata, que Voſgrouen dicuntur, vſque in fluuium pene per deſcenſum, libere contulimus perpetuo poſſidendam ſub eiſdem libertatibus et prerogatiuis, ſicut kazimarus et Wartiſlaus eius filius et

poſtmodum Nicolaus et Johannes fratres, domini dicti de Rozſtoch, ipſam villam warkentin predicte eccleſie antea contulerunt. Ne igitur aliquem de noſtris ſucceſſoribus ſuper hiis dubitare contingat, noſtra ſigilla ad horum confirmacionem preſentibus ſunt appenſa. Teſtes ſunt Conradus de Cremon, Hermannus de Wokenſtede, Teſmarus, Conradus vos, Conradus de Lankowe, Wlſchade, Otto de Retſowe, Clawes kabold, Rolofh Barold, Johannes de hauelberg, Hermannus de Ruppiſhagen, Ludeke deſcin, Conradus predole, milites, Johannes et vicko fratres dicti pritzebur, famuli fide digni. Datum Guſtrowe, Anno domini M°. CCC°. quartodecimo, feria quarta proxima poſt michaelis feſtum.

XLI. Johann Duſcowitz zu Demmin verzichtet auf Anſprüche an Werckenthin zu Gunſten des Kloſters Arendſee (1314?)

Omnibus Criſti fidelibus hanc paginam inſpecturis Johannes duſcouitz, caſtellanus in dymin, ſalutem in domino. Teſtimonium perhibemus hoc ſcripto, quod nos, timore dei correpti, ad inſtanciam Rodolfi prepoſiti, prouiſoris eccleſie in Arneſſe, a quo eciam pecuniam accepimus, quod quidquid Juris habuimus in villa Warghentin, quam dominus kazimarus eidem eccleſie contulerat, reſignauimus, et ne nobis reiterandi, uel poſteris noſtris calumpniandi detur occaſio, hoc factum ſigilli noſtri appenſione mundauimus.

XLII. Die von Gladigau überlaſſen dem Kloſter Arendſee die Mühle zu Gladigau, am 4. Mai 1318.

Omnibus hoc Scriptum viſuris ſiue audituris Henninghus et Otto, famuli, fratres dicti de Gladegowe, rei geſte noticiam inmortalem. Vt ea, que per nos digna relatu geruntur, a poſterorum non ſecernantur congnicione, tam natis manifeſtare deſideramus quam naſcituris, Quod nos, profectus noſtri vbertate ruminata, honorabili viro domino Bertrammo prepoſito monaſterii in Arnſe et ſuo Conuentui de amicorum noſtrorum conſilio et de conniuencia matris noſtre domine Ode, necnon de vnanimi voluntate omnium heredum noſtrorum ac cunctorum, quorum interat, molendinum in Gladegowe cum omnibus Juribus, penſionibus et attinenciis ſuis, quibus ad nos pertinuit ſeu pertinere videbatur, Vendidimus hereditario Jure perpetuo poſſidendum. Cui prepoſito et ſuo Conuentui ius feodale, quod Wlgares Lenwere nominant, ipſius molendini in noſtra reſeruabimus poteſtate tamdiu, quouſque ab Inclito principe domino Woldemaro Marchione

brandenburgenſi dictum Jus pheodale ſeu ipſius molendini proprietas acquiri valeat, et nos dictum molendinum ore et manu reſignabimus, quandocunque a dicto prepoſito et Conuentu ſuo fuerimus requiſiti, et ad procurandum ius pheodale et proprietatem ipſius molendini a predicto domino marchione prepoſito et conuentui memoratis cum ſollicitudine operoſa et attenta promptitudine ſtudebimus fideliter laborare, Volentes ipſos de molendino predicto contra impetitorem quemlibet conſueto et modo debito warendare. Confitemur eciam, nos pecuniam, prout inter prehabitum prepoſitum et conuentum actum et conuentum et nos extitit plenius, recepiſſe, omnibus excepcionibus et cuiuſlibet Juris beneficio nobis et noſtris heredibus in ſepefato molendino iam vendito competentibus renunciantes. Pro ſingulorum igitur et omnium obſeruancia pleniori nos fide data prepoſito et conuentui antefatis promiſimus in ſolidum et promittimus in hiis Scriptis et ad maiorem promiſſorum certitudinem noſtris et honorabilium virorum domini Bertoldi dicti de buz, Domini Johannis de Cruchere et domini Mathie de Jaghowe Sigillis procurauimus hanc litteram conſignari. Datum Arnſe, Anno domini M°. CCC°. XVIII°., IIII°. nonas Maii.

XLIII. Die von Garthow überweiſen dem Kloſter Arendſee Hebungen aus Lieſten, am 20. Mai 1319.

Nos Beſeko, Helmerus, Johannes, Conradus et Borchardus fratres, filii domini henninghi militis quondam dicti Rufi de Gartowe, notum eſſe deſideramus tam preſentibus quam futuris et in noticiam ducimus ſempiternam, Quod cum prioriſſa et Conuentus Virginum Jeſu Criſti monaſterii in Arnſe ad noſtras et amicorum noſtrorum preces dilectam ſororem noſtram in ſuum collegium et in ſororem ſpiritualem hylariter recepiſſent, Nos itaque tante beniuolencie nobis in recepcione dicte ſororis noſtre exhibite pro noſtre poſſibilitatis modulo curauimus occurere, eidem monaſterio et Conuentui in Arnſe cum conſenſu matris noſtre kariſſime bona et vnanimi voluntate dedimus et donacione ſollempni donauimus duos Choros ſiliginis cum dimidio in villa lyſten accipiendos et tollendos In Curiis ſubſcriptis perpetuis temporibus poſſidendos, In Curia Videlicet Hermanni dicti de Berkow XXVIII modios, In Curia Johannis dicti depekolc XIIII modios, in Curia Willekini prope tranſitum VIII modios cum dimidio, in Curia Thiderici III modios cum dimidio, et in Curia Johannis de benekendorpe VI modios annis ſingulis exſoluendos, In quibus ſcilicet Curiis Aduocaciam, Seruicium et hoſpitalitatem hactenus habuimus, Vnde nos cum conſenſu eorum omnium, quorum merito vel de Jure eorum conſenſus ad hoc requirendus erat, omnibus quorum intererat collaudantibus, vendidimus honorabili viro domino Bertrammo prepoſito, Prioriſſe et Conuentui monaſterii in Arnſe Aduocaciam, Seruicium et hoſpitalitatem predictarum Curiarum cum eo Jure, quo ad nos pertinuerunt hucuſque, iugiter poſſidendum, Nichil Juris vel dominii in ipſis Curiis nobis vel noſtris heredibus reſeruantes, Sed ipſas Curias Predictum monaſterium cum onere penſionis, aduocacie, Seruicii et hoſpitalitatis liberaliter in perpetuum poſſidebit, prout ſuperius eſt expreſſum. Preterea ad reſignacionem faciendam ore et manu et per litteras noſtras prehabito prepoſito et Conuentui nos preſentibus obligamus, necnon ſtrennuis

militibus Thiderico, Bernardo et Wernero fratribus dictis de Schulenborch eciam ad manus dicti monaſterii in hiis ſcriptis promittimus, quod cum dictum monaſterium ius pheodale dictarum Curiarum, quod Wlgares lenwere nominant, ſiue proprietatem ipſarum Curiarum a domino Marchione procurare quiuerit, Extunc ſine omni contradictione debebimus et volumus reſignare. In cuius rei Teſtimonium preſentem litteram Sigillorum noſtrorum appenſionibus, qui Sigilla habuimus, atque Sigillorum dominorum frederici et henninghi fratrum de Gartowe, necnon dominorum Thiderici, Bernardi et Werneri fratrum de Schulenborch predictorum affixionibus fecimus conſignari. Datum Arnſe, Anno domini M°. CCC°. XIX°., XIII°. kalendas Junii.

XLIV. Die Herzogin Anna vereignet dem Kloſter Arendſee eine Hebung aus Gr. Ellingen, am 31. Mai 1320.

Nos Anna, dei gracia duciſſa Sleſie dominiaque Wratiſlauienſis et Arneborch, recongnoſcimus publice per preſentes, Quod deuotis in Criſto perſonis in Arnſe monialibus proprietatem vnius chori ſiliginis adiacentis in Curiis Petri de Steghe et heyſonis de Arneborch in magna Ellinge dedimus et preſentibus donamus perpetuis temporibus duraturis. Teſtes huius ſunt Henninghus konningeſmarke, Helyas kannenborg, Philippus Eycſtede, heyzo Bertekowe, Et alii quam plures fide digni. Datum Arneborch, In huius rei euidenciam, Anno domini M°. CCC°. XX°., Sabbato poſt feſtum corporis Criſti, noſtro ſub Sigillo.

XLV. Bruning von Leppin verkauft Leppin und Gerne dem Kloſter Arendſee, am 21. März 1322.

Omnibus hoc ſcriptum viſuris ſiue audituris Bruninghus dictus de leppyn, famulus, affectuoſam ad omnia voluntatem. Que prouidorum virorum felix ordinat ſapiencia, ſolent ſcripturarum fulciri teſtimonio, ne poſtmodum ambiguitatis ſcrupulus immiſceatur. Ergo preſentibus litteris profiteor et proteſtor, volens meum racionabile factum ad noticiam tam preſencium quam futurorum peruenire, quod matura deliberacione prehabita Cum conſenſu omnium legitimorum heredum meorum, quorum nunc intereſt aut intereſſe poterit in futurum, rite et racionabiliter vendidimus honorabili viro domino Thiderico, plebano in Gartowe, prepoſito in Arneſſe, et Conuentui monaſterii ibidem duas villas, videlicet leppyn et Cerne, abſque quolibet dominorum ſeruicio, Cum omnibus ſuis attinenciis, ſcilicet Terris, Nemoribus, Agris cultis et colendis, Cum aduocacia et penſionibus et cum omni Jure, quod vſque ad hec tempora in hiis habui vel in futuro habere

poteram, Jure hereditario libere in perpetuum poſſidendas. Vt predicta vendicio per me legitime facta tam a me quam a meis, qui pro tempore fuerint, ſucceſſoribus inuiolabiliter obſeruetur, Ergo quoque in huius facti euidenciam et memoriam perhennem preſens ſcriptum ſigilli mei appenſione duxi roborandum. Teſtes huis contractus ſunt Dominus Albertus de Brezeke, prepoſitus in Creueſe, Dominus Gherardus, plebanus in Gladegowe, preſbiteri, Henninghus et arnoldus fratres de Roſſowe, henninghus et henricus fratres de Jeditze, Nicholaus de Gore, Buſſo de Gore, fredericus de molendorpe, famuli, et alii quam plures fidedigni. Nos vero quidam ex teſtibus ſupra nominatis ad maiorem certitudinem premiſſorum et euidens teſtimonium Sigilla noſtra preſentibus duximus litteris apponenda. Datum et actum anno domini M°. CCC°. XXII°., In dominica Letare qua cantatur.

XLVI. Herzogin Agnes von Braunſchweig überläßt dem Kloſter Arendſee das Eigenthum von Leppin, am 6. Juni 1322.

In nomine domini Amen. Dei gracia Agnes, duciſſa Brunſwiccenſis, vniuerſis Criſtifidelibus preſentem paginam inſpecturis Salutem et de bono in melius proficiſci. Hominum Actiones propter temporis varietatem ſolent in obliuionem redigi et ex conſequenti in errorem, qui eſt obliuionis mater. Idcirco neceſſarium eſt circa eaſdem et maxime circa tales Actiones, que diuinum cultum conſpiciunt, litterarum perhenne teſtimonium, cum non poſſint alias perhennari. Quapropter nos Agnes predicta in noticiam preſencium et futurorum hominum deducere cupimus per preſentes, quod propter deum principaliter Ac in ſalutare Remedium Animarum noſtre ac noſtrorum progenitorum dominorum marchionum quondam Brandenburgenſium clare memorie, necnon Ad deuotam Inſtanciam Jordani de Camp, fidelis noſtri Aduocati, dedimus et preſentibus litteris ſollempniter donamus proprietatem veram et plenam ſuper villam leppin Atque omnium pertinencium Ad eandem monaſterio ſanctimonialium in Arneſſe Ac ipſis Sanctimonialibus preſentibus et futuris perpetuo et pacifice cum omnibus ſuis metis et diſtinctionibus Agrorum, lignorum, paſcuorum ceterorumque, de quibus ſpecialis foret facienda mencio, poſſidendam, Renunciantes ſollempniter dicte proprietati, quoad nos et noſtros quoſlibet ſucceſſores, et ne de hoc facto apud poſteros dubium vel contencio oriatur, Hanc litteram de conſenſu expreſſo domini et ducis Brunſwiccenſis, conthoralis noſtri kariſſimi, dari iuſſimus, noſtri Sigilli Robore ſigillatam. In preſencia Teſtium videlicet Ludolfi de hollege et Bertoldi de veltem militum, necnon hermanni de Luchowe, noſtri Notarii, ad hoc ſpecialiter vocatorum. Datum Thangermund, per manum hermanni eiuſdem. Anno domini M°. CCC°. XXII°., dominica trinitatis.

XLVII. Knappe Henning von Garthow reicht der Schulzin Lucia in Büſſen zwei Hufen zu Zühlen zu Lehn, am 16. September 1322.

Nouerint Vniuerſi copiam preſencium petituri, quod ego henninghus dictus de Chartowe [ſic] famulus rite et racionabiliter contuli honorabili domine, prefectiſſe Lucie in buſſen duos manſos In villa tzulen cum omnibus adherentibus cuiuſcunque nominis fuerint eius ac veris heredibus tytulo pheodali libere perpetuis temporibus poſſidendos, Volens ipſam dominam Luciam de collacione habita, ſi quiſpiam Impeteret eam, quod abſit, reddere in omnibus liberam et indempnem. In cuius rei euidenciam et congnicionem ampliorem preſentem paginam conſcribi feci, karactere Sigilli Gherardi de Chartowe [ſic] mei patris beate memorie propter carenciam proprii ſigilli fideliter Roborratam. Teſtes huius ſunt Niger Gherardus de Ghartowe [ſic], Johannes de Redicſtorp, Rudolphus filius dicte domine, Johannes Clepelhorne, cum aliis plurimis fide dignis. Datum Anno domini M°. CCC°. XXII°., In craſtino octaue Natiuitatis glorioſe virginis.

XLVIII. Das Kloſter zu Arendſee verſchreibt dem Dieterich Kerkun und ſeiner Gattin eine Leibrente, am 8. Januar 1323.

In nomine domini Amen. Ne facta hominum confundat mater erroris obliuio, litteris teſtimonialibus ſolent roborari, vt ad noticiam poſterorum deducantur. Nos igitur Theodericus, dei gracia prepoſitus Sanctimonalium in Arnſe, necnon Margareta Prioriſſa ibidem notum facimus vniuerſis Criſti fidelibus, ad quos preſentes peruenerint, quod de pleno et perfecto conſenſu noſtri Collegii vendidimus Thiderico kerkun et ſue vxori margarete decem modios tritici quouis anno in feſto beati Martini ad vſus ſuos, quamdiu vixerint, ad Januas eorum preſentandos. Porro ſi ipſe vel ipſa ab huius carnis ergaſtulo migrauerit, ſuperuiuens medietatem tritici optinebit, Alia ſuccedet dominabus intra clauſtrum. Ipſis vero ambobus defunctis, predicti decem modii tritici ad eaſdem dominas ſpecialiter intra clauſtrum et non extra debeant ſuccedere, Vt ab eis omni anno eorum anniuerſarius in oracionibus eo deuocius peragatur. Huiuſmodi decem modios Sanctimoniales poſt obitum amborum In villa primer ex duabus Curiis optinebunt, quas tunc temporis Coppekinus Brunowe et Johannes de Berne poſſederunt. Eciam ſi futurus prepoſitus dominas in huiuſmodi percepcione preſumeret moleſtare, quod abſit, extunc ſcabini et Conſules Ciuitatis Sehuſen ex bonis vicinioribus dicti Conuentus Arnſe Sitis prope Ciuitatem Sehuſen ſine omni impedimento per pignoris extorſionem debeant extorquere. Dantes ſuper eo preſentes in euidenciam firmiorem noſtris ſigillis vna cum ſigillo ciuitatis Sehuſen firmiter Roboratas. Datum Anno domini M°. CCC°. XXIII°., Sabbato quo cantatur venite adorate.

XLIX. Die von Ghure verkaufen dem Kloſter Arendſee ihre Beſitzungen zu Leppin, am 3. April 1323.

In nomine domini Amen. Ne propter labilitatem humane memorie res geſte euaneſcant ſeu obliuioni in perpetuum tradantur, expedit, eas ad ſcripta redigi, per que ad poſterorum noticiam tranſferantur. Nouerint igitur Vniuerſi tam preſentes quam poſteri, Quod nos Buſſo et Brunynghus, fredericus, Otto et henninghus, fratres dicti de Ghure, libero animo et ex certo conſenſu et voluntate legitimorum heredum noſtrorum vendidimus honorabili viro domino Thiderico prepoſito, Margarete prioriſſe totique Conuentui Sanctimonialium in Arneſſe omnia bona noſtra, que in villa lepyn hactenus habuimus, cum omni Jure et omnibus attinenciis, ſicuti nos ea de Bruningho, noſtro Suagero, habere dinoſcimur, pro viginti marcis argenti Stendalenſibus in perpetuum poſſidenda, Nichil iuris in Bonis ville predictis nobis reſeruantes, Immo omni iuri, quod nobis competebat, renunciauimus integraliter et ex toto. Huius vendicionis noſtre teſtes ſunt dominus albertus, prepoſitus in kreueſe, Arnoldus de Roſſow, Nycolaus de Ghure, fredericus de molendorpe, Tydericus de Gholtbeke, famuli, et Plures alii fidei teſtimonio decorati. Vt igitur hec noſtra vendicio firma et inuiolata permaneat, preſens dedimus ſcriptum Sigillorum honorabilium virorum prepoſiti in kreueſe, Arnoldi de Roſſow famuli atque noſtrorum munimine Roboratum. Datum Roſſow, Anno domini M°. CCC°. XXIII°., In octaua Paſche.

L. Anna, Herzogin von Schleſien, beſtätigt dem Dietrich von Retfelde die Ausſtattung ſeiner Tochter für das Kloſter Arendſee, am 6. Auguſt 1323.

In nomine domini amen. Vt ea, que ſub tempore fiunt, ne ſimul cum tempore labantur, neceſſe eſt, vt litteris auctenticis ac ydoneum voce teſtium robur accipiant perpetue firmitatis. Hinc eſt, quod nos Anna, dei gracia Duciſſa Sleſie dominaque Wratizlauienſis, ad noticiam vniuerſorum tam preſencium quam futurorum huius pagine teſtimonio volumus deuenire, quod conſtituti in noſtra preſencia Thidericus Reytuelde et thidericus ſuus filius, ſani corpore ac bona eorum mentis valitudine, Curiam ipſorum in hertzuelde in noſtra terra Sehuſenſi ſitam cum vno manſo et cum vno quartali agrorum, cum decima ac cenſu quindecim denariorum agrorum eorundem ac Judicio ſupremo Clauſtro, Arneſſe nuncupato, in diſtrictu Soltwedelenſi ſituato, necnon domine Prioriſſe Totique Conuentui ibidem cum duabus filiabus ſuis, ſororibus dicti Thiderici filii ſui, propter deum donauerunt et ad manus dicte Prioriſſe ac tocius conuentus libera ac ſpontanea voluntate Jure hereditario reſignarunt. Nos vero dictam donacionem et reſignacionem, dei intuitu ac diuine remuneracionis interuentu, ratam et gratam habentes, prefatam Curiam cum agris et omnibus vtilitatibus prenominatis, ſicut dicti de Reytuelde et ſui progenitores ipſam Curiam poſſederunt hucuſque, ſupradicto clauſtro Arneſſe et domine prioriſſe omnibuſque ſancti-

monialibus inibi commorantibus de noſtra liberalitate contulimus et preſentibus conferimus Jure hereditario ac proprietatis tytulo perpetue poſſidendam. In cuius Rei teſtimonium preſentibus noſtrum Sigillum duximus apponendum. Actum et datum in noſtra Ciuitate Sehuſen in die Beati ſyxti martiris et ſociorum eius, Anno domini M°. CCC°. XXIII°., Preſentibus domino Euerhardo prepoſito Berlynenſi, Domino Nycolao prepoſito Sehuſenſi, Domino Johanni [ſic!] Cantore opachenienſi, dicto de Lodemaria, noſtro cappellano, hinrico Rintdorp, noſtro aduocato, Betkino deycwede, Oycberto, Ciui in Sehuſen, Ewerwino, noſtro cappellano et notario, qui preſencia habuit in commiſſo.

LI. Die von Retfelde dotiren ihre in das Kloſter Arendſee aufgenommenen Schweſtern mit Hebungen aus Primern, am 23. September 1323.

In nomine domini amen. Nos Thidericus de Ritueld Senior, Thidericus de Rituelde Junior ac henninghus de Ritueld Coram omnibus preſencia viſuris recongnoſcimus publice profitentes, quod ex matura liberalitate noſtra donauimus noſtris tribus ſororibus in clauſtro Arneſſe canonice deſponſatis vnum chorum ſiliginis cum decem modiis tritici in villa primer ex duabus Curiis, videlicet: Ex Curia Coppe Brunowe dimidius chorus ſiliginis exſoluetur cum quinque modiis tritici, alius dimidius chorus exſoluetur cum quinque modiis tritici ex Curia Johannis de Berne, quovis anno in feſto beati martini: hoc verumptamen adiecto, Si vna predictarum ab huius ergaſtulo emigraret, due ſuperſtites tantummodo prefatum chorum ſiliginis optinebunt, Sed decem modii tritici cedent Conuentui, duabus vero defunctis dimidius chorus cedet conuentui, dimidium chorum ſuperuiuens optinebit, Hiis tribus defunctis idem Conuentus Integrum Chorum ſiliginis cum decem modiis tritici modo pretaxato perpetue et hereditarie poſſidebit. Ne quis vero huic donacioni auſu temerario audeat obuiare, Preſentes iuſſimus conſcribi et ſigillo noſtro vna cum Sigillis Ciuitatis Sehuſen et diſcreti viri Hinrici de Runtorp, tunc temporis ibidem aduocati, firmiter Roborari. Teſtes ſunt prefatus hinricus de Runtorp famulus, Otbertus, Boldewinus, Conradus aurifaber Senior, Ghiſo de oſterborch, Gherardus de Boben, Junior Conradus aurifaber, Gyſo Barſcwis, hinricus de kerkow, Ebelinghus friſo, tunc temporis Conſules et Scabini in Sehuſen et alii quam plures fide digni. Datum Anno domini M°. CCC°. XXIII°., In Craſtino ſancti Mauricii et Sociorum eius.

LII. Anna, Herzogin von Schleſien, beſtätigt die Schenkung des Hofes Schnellenberg dem Kloſter Arendſee, am 25. März 1324.

Nos Anna, dei gracia duciſſa Sleſie Dominaque Wratiſlauienſis et Arneborch, omnibus, ad quos preſentes peruenerint, notum facimus publice proteſtantes, quod patentes litteras Bartholdi Militis, Ghiſonis, hinrici, Gotzkini, famulorum de konninghefberghe, ſupra reſignacione Curie Stellenberghe [ſic] coram nobis per ipſos facta vidimus in hec verba. (Hier folgt die Urkunde No. XXXVI. mit dem Zusatze:) Acta ſunt hec anno incarnacionis dominice M°. CCC°. IX°., infra octauam aſſumpcionis beate Marie virginis. — Quam donacionem Nos Anna, duciſſa wratitzlauienſis et domina in Arneborch, preſentibus approbamus ratamque habere volumus et Sanctimonialibus Clauſtri Arneſſe prefatam Curiam Snellenberghe (ſic) conferimus cum omni Jure, proprietate, libertate et cum omnibus vtilitatibus, ſicut eam prenominatus Bartholdus miles, Ghiſo, hinricus, Gozeko de konninghefberge a nobis et a noſtris anteceſſoribus habuerunt. Teſtes huius Confirmacionis et noſtre Collacionis ſunt Conradus Vinzelberghe, noſter aduocatus, Hinricus Rintdorp, heyſo Berthkowe, Betkinus deycwede, Arnoldus Roſſowe, Ghiſo Schonenberg, Gherwinus noſter cappellanus, qui preſencia habuit in commiſſo, et alii quam plures fide digni. Actum et datum Arneborch, Anno domini M°. CCC°. XXIIII°., dominica qua cantatur Letare iheruſalem, ſub noſtro ſigillo In euidenciam premiſſorum.

LIII. Ablaßbrief des Biſchofs Heinrich von Kiew, vom Jahre 1325.

Henricus, dei gracia Epiſcopus Eccleſie kyowienſis, Omnibus Criſti fidelibus preſencia viſuris, Salutem in domino dominorum. Loca ſanctorum omnium pia et prompta deuocione a Criſti fidelibus ſunt honoranda. Vt dum dei honoramus amicos, ipſi nos deo amabiles reddant, et ipſorum nobis quodammodo patrocinium, quod merita noſtra non optinent, eorum mereamur interceſſionibus optinere, Nos igitur vt per hec fideles Criſti quaſi quibuſdam premiis poterimus ad merita inuitare, Omnibus vere penitentibus et confeſſis, qui eccleſiam Beate marie et Beati Johannis Baptiſte in Arneſſe in omnibus feſtiuitatibus precipuis, videlicet Natiuitatis domini, reſurrexionis, Aſcenſionis et Penthecoſtes, in feſtiuitatibus omnibus Beate Marie, apoſtolorum, omnium ſanctorum, dedicacionis et patronorum, deuote acceſſerint, qui corpus Criſti ſecuti fuerint, et circuitum cymiterii fecerint dicendo pro fidelibus defunctis oraciones ſalutares, et manus porrexerint ad fabricam eiuſdem eccleſie adiutrices, XL dies indulgencie cum karena de conſenſu dyoceſani in domino miſericorditer relaxamus. Datum Anno domini Milleſimo trecenteſimo viceſimo quinto.

LIV. Die von der Schulenburg verkaufen dem Kloſter Arendſee das Dorf Cratz, am 25. Juni 1327.

Quoniam omnium habere memoriam pocius eſt diuinitatis quam humanitatis, Ideo conſcrib fecimus ea, que per nos rite geſta ſunt, ne per obliuionem mortalium ſuffocantur. Innoteſcat igitu tam natis quam naſcituris preſentem paginam inſpecturis, Quod Nos Thidericus, Bernardu et Wernerus, Milites, dicti de Schulenborch, matura deliberacione prehabita cum conſenſ omnium noſtrorum legitimorum heredum, quorum intererat aut in futuro intereſſe. poterat, mer vendicione vendidimus villam noſtram Cratze honorabili viro domino Theoderico prepoſito nec non eccleſie et Conuentui ſanctimonialium in Arneſſe cum aduocacia et cum omni Jure, tam i filuis quam in Agris, prout ipſam a noſtris progenitoribus vſque in hunc diem habuimus, libere i perpetuum poſſidendam. Quam quidem villam nomine noſtro ac heredum noſtrorum ad manu dicte eccleſie reſeruare nos obligamus in hiis ſcriptis, quouſque proprietatem nanciſci poterit vill memorate. Si vero proprietatem conſequi non valeret, Extunc nos et noſtri, qui pro tempore ver fuerint heredes, ad manus ſepedicte eccleſie in perpetuum tenebimur reſeruare villam ſupradictam Vt autem hec vendicio perpetuum robur optineat et vigorem, et ne in poſterum a quoquam noſtro rum heredum mutari valeat uel infringi, preſentem paginam conſcribi ſuper eo fecimus et ſigillorun noſtrorum appenſione roborari. Teſtes ſunt Honeſti famuli, videlicet Bodo, Syfridus, Conra dus et Buſſo, fratres, dicti de Walſtoue, necnon Sifridus patruus eorum, et alii quam plures fide digni. Datum anno domini M°. CCC°. XXVII°.. In Vigilia aſſumpcionis Beate marie virginis glorioſe.

LV. Markgraf Ludwig geſtattet einen Verkauf Otto's von Velde an das Kloſter Arendſee, am 1. Januar 1329.

In nomine domini amen. Obliuio ſepe Iniuriatur memorie, et ex longinquitate temporis ſepe fit, quod Res clara preſentibus redditur obſcura futuris, et ſic interdum reſciſa repullulant, ſuſcitantur ſopita, ſepulta reſurgunt, Vnde aduerſus obliuionis diſpendium prudentum cautela de ſcriptura prouidit. Hinc eſt, quod Nos Lodewicus, dei gracia Brandenburgenſis et Lu- ſacie marchio, Comes palatinus Reni, Dux Bawarie, Sacri Imperii archicamerarius, Recongno- ſcimus per preſentes, quod noſtro conſenſu plenius accedente fideles noſtri Otto de velde et Otto eiuſdem filius Honorabili viro domino Thiderico, prepoſito ancillarum Criſti in Arneſſe et plebano in Chartowe, Curiam, que dicitur Tegelhof, ſitam in territorio werben cum duobus manſis minus vno quartali, et quandam aliam Curiam dictam kemerik cum vno manſo et decem Jugeribus eidem Curie annexis, Et vnam decimam vnius manſi in villa, que dicitur Wentmarke, in eodem territorio, cum omni Jure et omni prouentu, ſicut iidem poſſederunt, Juſto vendicionis contractu vendiderunt. Nos quoque huiuſmodi vendicionem approbantes prefatas curias et decimas

cum omni Jure et proprietate prefato domino Thiderico, prepoſito Sanctimonialium in Arnſſe, damus, donamus, Renunciantes ſimpliciter et expreſſe omni Juri et vtilitati, quod vel que nobis aut noſtris Succeſſoribus competere poſſint in prefatis Curiis et earum attinenciis vniuerſis, Volentes nichilominus eundem prepoſitum dictis Curiis vti et attinenciis earum Jure proprietatis poſſeſſione pacifica et quieta, Ita quod Idem dominus prepoſitus dictas Curias et Redditus conuertere poteſt in vſus ſibi placidos et acceptos. In-euidenciam igitur omnium premiſſorum preſentes dedimus noſtro Sigillo ſigillatas. Preſentibus teſtibus Reuerendo patre domino Lodowico Brandenburgenſis ecclefie Epiſcopo, Johanne commendatore in Werben, et Hermanno plebano ibidem, Hinrico de ſydow, Wernero de Arneborch, militibus, et Conſulibus ciuitatis Werben, et pluribus aliis fide dignis. Datum Spandowe, Anno domini M°. CCC°. XXIX°., Octaua die natiuitatis Criſti.

LVI. Friedrich, Henning und Boldewin von Garthow überlaſſen dem Kloſter Arendſee Beſitzungen in Lieſten, am 1. Mai 1329.

Wy Frederik, Henningh vnde Boldewin, Bruder, geheyten van der garthow, kynder hern henninghes van der Garthow, dat eme god ghenedich ſy, Bekennen vnde betughen an deſſem openen breue, dat wy mit gantzer vulbort vnde mit willen al vſer vrunt hebben verkoft hern dydericke deme proueſte vnde den vruwen to deme arnſe dat halue ſchult ambacht in deme dorpe to lyſten vnde twe wyſpel rogghen pachtes, vyrdehalues ſchepels myn, dat kerclen vnde dat halue richte des ſuluen dorpes to lyſten an hals vnd an hant, an ſtraten vnd an weghen, an velde, an wyſchen, an holte vnd an bruke, an water vnd an weyde, vry myt alleme rechte, alſet vs vſe eldern hebben gheeruet, hir buten beſchede wy dat richte bynnen tunes ouer vſe vorlende gut, dat wille wy ſuluen behalden. Vppe dat deſſe kop gantz vnde ſtede blyue van vs vnde van vſen rechten eruen, So hebbe wy vſer dryer Ingheſeghel to ener betughinghe ghehenghet an deſſen bref. Des kopes ſin tughe dy achbaren knapen Arnt van Roſſow, Ghereke van Wuſtrow, Herman Hunger, Junghe Frederic van der garthow vnde ſin bruder hinric mule vnde darto vel guder Lude, dem wol to louende ſteyt. Dit is gheſchen na der bort vſes heren duſent Jar dryhundert jar in deme neghen vnde twyntegheſten Jare jn ſunte Walburgen daghe.

LVII. Die von Getlitz überlaſſen dem Kloſter Arendſee ihre Beſitzungen in Neulingen, am 10. Auguſt 1329.

Ich Henric, knape, van Getlitz geheyten, Bekenne vnd Betughe in deſme Openen briue, das ich mid vryen willen vnde myd ganzer vulbort al miner eruen vnd myner vrunt hebbe vorkoft heren dyderike den proueſte vnd den kloſter vrowen to dem arneſſe vyf wiſchepel Rogghen pachtes alle jar vp to nemende vnd Elfte haluen ſchilling niger penninghe vnd twe Scillinc tyns vnde vifvntwintich hunre in deme dorpe to Neylinghe tu eyme rechten erue to behalden vnd to beſittene vnde al dat ik hadde vnd hebbe in deme dorpe to Neylinge mit al ſulckeme rechte, alſo ik dat hebbe beſeten vnd my mine elderen hebben gheeruet. Darto Bekenne ik henning, knape, Broder des henrikes vorbeſcreuenen knapen, vnd ich vicko, knape, vedder des ſeluen uorbeſcreuenen knapen henrikes, dy dar wonen in deme dorpe to gediz, Bekennen vnd Betughen openbar, dat wy vnd alle vſe eruen af hebben ghelaten vnd latenn af van aller anwardinghe vnd anſprake des vorbenomeden gudes in deme dorpe to neylinghe, vnd vortmer dat dicke vorbeſchreuene gut deme vorgheſprokene cloſter myd guden willen holden wyllen eme to rechteme gude vnd to erer hant alſo langhe, want dat ſy den eygendum moghen erweruen ouer dat gut in deme dorpe to Neylinghe. To deſſer openbare Betughinge vnd volbort hebbe wy vſe ingheſeghele ghehenghet an deſſen brif. Deſſer dinghe vnd des kopes ſynt tughe alueric van Redichgeſtorp, knape, vnd her hinrik, perrer to Neylinghe vnd herman van Neylinghe vnd darto vele anderer bederue lude. Deſſe bref is ghegheuen nach der Bort vſes heren godes duſent Jar vnd dryhundert iar, in deme negenenvntwintigheſten Jare, in deme heylighen daghe ſunte Laurencius.

LVIII. Otto von Velde bekundet den Verkauf von Höfen bei Werben an das Kloſter Arendſee, im Jahre 1329.

Cum ea, que in tempore Aguntur, cum temporis mobilitate dilabuntur, Vnde contingit, multa, que aguntur, a memoria recedere, niſi priuilegiis et Scriptorum et Sigillorum teſtimoniis ad memoriam reuocentur. Hinc eſt, quod vniuerſis Criſti fidelibus volumus non latere, quorum preſens Scriptum intereſt ſeu intereſſe poterit in futuro, Quod nos famulus Otto dictus de velde et otto filius meus rite et racionabiliter vendidimus Domino Theoderico prepoſito Ancillarum Criſti in Arneſſe et plebano in Chartowe Curiam, que dicitur Teghelhof, ſitam in territorio Werben cum duobus manſis minus vno quartali, et quandam aliam Curiam dictam kemerik cum vno manſo et decem Jugeribus eidem Curie annexis, et Vnam decimam Vnius manſi in villa, que dicitur Wendemark territorio in eodem. Hec omnia vendidimus eidem prepoſito pro octoginta marcis ſtendalienſis argenti cum omni Jure et omni prouentu, ſicut hactenus poſſedimus, perpetuo poſſidenda. Nos quoque promiſimus eidem horum bonorum proprietatem a principibus in libertatem

redigere et nichilominus Sigillum Ciuitatis werben in teſtimonium huius vendicionis facte preſentibus apponendum in maiorem certitudinem ordinare. Hec autem bona ſic empta Idem dominus Theodericus prepoſitus redigere poterit in elemoſinas prout voluerit qualeſcunque. Teſtes, qui affuerunt et quibus eadem vendicio nota conſtat, ſunt hi: Venerabiles viri et Religioſi fratres ordinis ſacre domus hoſpitalis ſanctique Johannis Jheroſolymitani, videlicet fratres Johannes dictus de Bortfelde, commendator domus et fratrum conuentus ordinis eiuſdem in werben, frater Hermannus, Plebanus Eccleſie in werben, frater Thedericus dictus krowel, preſencium notularius, De perſonis ſecularibus Burgenſes ciuitatis Werben hii Affuerunt: Heyſe de vngelinghe, Jacobus ſartor, Volpertus de Snakenborch, Gherardus dictus pribdal, Laurencius, hinricus ſtolle, Hinricus de Scheninge, et alii quam plures fide digni. In cuius rei euidenciam noſtrum ſigillum cum Sigillo Burgenſium ciuitatis Werben dignum duximus preſentibus apponendum. Datum et actum werben, Anno domini M°. CCC°. XXIX°., in Sabbato quatuor temporum Veni et oſtende.

LIX. Die von Garthow geben dem Kloſter Arendſee alle Rechte an Zühlen auf, am 2. Auguſt 1331.

Wy frederic vnde hinric vnde hans, veren hylleken ſone, van der Garthow vnde henning, Gherardes ſone van der ghartow vnde henning, hans Roloffes ſone van der Ghartowe, bekennen openbare vnde dun witlich alle den ghenen, dy deſſen bref ſen oder horen leſen, dat wy vnde alle vſe eruen, gheboren vnde vngheboren, aflaten eyndrechtleken van den dorpe to tzulen, dat henning van der Ghartowe, heren henning mules ſone, verkoft heth rechte vnd redeliken hern dydericke deme Proueſte to deme Arnſe, dy dar perrer is to der Ghartow, vnde deme kloſtere to deme arnſe ewichliken to behalden vnde beſitten jn der acht, dat wy noch vſe eruen nummerme eneghe anſprake hebben en willen noch en ſcolen vppe dat dorp to tzulen noch en moghen. To eyneme orkunde deſſer aflatinghe ſo hebbe wy alle de vorbenomet ſyn van vſer rechten witſcaph vollenkomen vſe ingheſeghele an deſſen bref ghehenghet. Wy hebben och endrechtleken ghebeden heren Gumprechte van alſleue, dy eyn here is to lenzen, vnde dar to henninghe van Jaghowe, den knapen, vor den deſſe aflatinghe gheſchin is, dat ſy nach vſer begheringhe ere ingheſeghele to eyner ewighen betughinge an deſſen bref hebben ghehenghet. Deſſe bref is ghegheuen dunach der bort vſes heren godes duſent jar was vnde dry hundert Jar in deme en vndrittigheſten Jare, in ſinte Peters daghe, dy dar het vincula Petri.

LX. Knappe Henning von Garthow tritt dem Kloſter Arendſee das Dorf Zühlen ab, am 23. Auguſt 1331.

In godes namen Amen. Ich henning, knape, van der Ghartowe, her henning mules ſone, bekenne openbare vnde du witleke alle den ghenen, dy deſſen bref ſen oder horen leſen, dat ick hebbe verkoft hern dyderike, deme proueſte to der arnſe, dy dar perrer is to der Ghartowe, vnde deme kloſtere tome arnſe rechte vnde redeleke dat ghanze dorp to ſzulen vnde al, dat to deme dorpe lecht vnde mit allerhande rechte, dat hogheſte vnde dat ſideſte, mit water vnd mit weyde, mit ſtraten vnd mit weghen, mit holte vnd mit velde, mit ghanzer vulbort vnd vor danken alle miner eruen gheboren ewichliken to eyme rechten erue to behalden vnde to beſittende, alſe ik vnde myne elderen vnde mine erue beſeten hebben wente an deſſen dach jn der acht, dat ich noch mine erue nummermer enghen anſprake hebben en willen noch en ſcolen noch en moghen vp dat dorp to tzulen. Ok ſcal ik al dat gud des vorbenomeden dorpes to tzulen, dat my anne vallen is van mynen elderen vnde my to hort erfliken vnde vortmer dat gud, dat de ſcultinne van Buſſen vnde er eruen hebben van myner weghen, ledeghen vnde loſen von den ghenen, dy dat gut beſitten. Och ſcal ik vnde wil dat vorbeſcreuene gud to tzulen deme vorgheſprokenen Proueſte vnde deme kloſter tome arnſe to rechte gude halden wante an de tyd, dat ſe den eyghendom moghen erweruen. To eyneme orkunde des kopes hebbe ich myn Inghefeghel ghehenghet an deſſen brif vnd hebbe vort ghebeden myne vrunt van der Schulenborch hern dyderike vnde hern Bernde vnde hern Werner, riddere, vnde minen ſwagher boden von Walſtoue, dy eyn borchſete is vp deme hus to zoltwedele, dat ſy to eyner ewighen bekantniſſe ere Inghefeghele hebben ghehenget an deſſen bref. Deſſe bref is ghegheuen na der bort godes duſent Jar vnd dryhundert Jar, in deme eynen drittigheſten jare, in deme hilghen auende ſunte Bartholomeus des apoſteles.

LXI. Papſt Johann XXII. beſtätigt dem Vicar Dieterich von Garthow den Beſitz eines Altars in der Kloſterkirche zu Arendſee, am 21. Dezember 1331.

Johannes epiſcopus ſeruus ſeruorum dei. Dilecto filio Theoderico de Chartowe, perpetuo vicario Altaris ſanctorum Johannis ewangeliſte ac Petri et Pauli apoſtolorum ſiti in eccleſia Monaſterii Sanctimonalium de Arneſſe ordinis ſancti Benedicti verdenſis dyoceſis, Salutem et apoſtolicam benedictionem. Juſtis petencium deſideriis dignum eſt facilem preſtare conſenſum, et vota, que a racionis tramite non diſcordant, effectu proſequente complere. Ea propter, dilecte in domino fili, tuis Juſtis poſtulacionibus grato concurrentes aſſenſu perpetuam vicariam altaris Sanctorum Johannis ewangeliſte ac Petri et pauli apoſtolorum ſiti in eccleſia Monaſterii Sanctimonialium de Arnſſe ordinis ſancti Benedicti cum pertinenciis ſuis, quam te canonice proponis adeptum, ſicut eam iuſte poſſides et quiete, tibi auctoritate apoſtolica confirmamus et preſentis ſcripti patro-

cinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtre confirmacionis infringere vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare preſumpſerit, indignacionem omnipotentis dei et Beatorum Petri et Pauli apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Datum Auinione, XII kalendas Januarii, Pontificatus noſtri anno Sextodecimo.

LXII. Knappe Otto von Garthow tritt dem Verzicht auf Zühlen bei, am 2. Januar 1332.

Ich Otto, Knape, Gheredes ſone, des Knapen, van der Ghartow gheheyten, dat eme god ghenedich ſy, Bekenne vnd du witliken alle den ghenen, dy deſſen bref ſyn oder horen leſen, dat ich vnde al mine eruen, gheboren vnd vngheboren, aflaten vnde vortygen aller anwardinghe des dorpes to Tzulen, dat Henningh von der Ghartow, heren henningh mules ſone, verkoft het rechte vnde redelike heren dyderike dem Proueſte tome arnſe, dy dar eyn Perrer is to der Ghartow, vnde deme Cloſter to Arnſe ewichliken to beſittende vnde to behalden to eyme rechten erue jn der acht, dat ik noch al myne eruen nummermer enghe anſprake hebben ne willen noch en ſcolen vp dat gud to tzulen noch en moghen. To eyner orkunde deſſer aflatinghe hebbe ik myn Inſeghel an deſſen bref ghehenghet vnde deſſe Bref is ghegheuen na godes bort duſent Jar dryhundert Jar, jn deme twey vnde drittigheſten Jare jn deme achten daghe des hilghen heren ſunte ſtephanes des erſten merteleres.

LXIII. Ablaßbrief mehrerer Biſchöfe für das Kloſter Arendſee, vom 11. Februar 1332.

Vniuerſis Sancte matris eccleſie filiis, ad quos preſentes littere peruenerint, Nos miſeracione diuina Bernardus nixienſis Archiepiſcopus, almannus Suanenſis, Laurencius Aiarnenſis, Benedictus Cardinenſis, Johannes Serbienſis, Johannes Caſſanenſis, Petrus montis Maram, Jacobus Sagonenſis, Guilelmus yſernenſis, Bonifacius Soſatanienſis, Paulus albenſis et Johannes Verdenſis epiſcopi Salutem in domino ſempiternam. Quoniam, ut ait apoſtolus, omnes ſtabimus ante tribunal Criſti accepturi, prout in corpore geſſimus, Siue bonum fuerit, ſiue malum; oportet nos igitur diem meſſionis extreme miſericordie operibus preuenire, quoniam qui parce ſeminat, parce et metet, et qui ſeminat in benediccionibus de benedictionibus et metet Vitam eternam. Cupientes igitur, Vt eccleſia ſiue clauſtrum Sanctimonialium in Arnſe et altare in honore ſancti Johannis ewangeliſte et Beatorum Petri et Pauli apoſtolorum conſecratum ibidem Verdenſis dyoceſis congruis honoribus frequententur et a Criſti fidelibus iugiter venerentur, Omnibus vere penitentibus et confeſſis, qui ad dictum Clauſtrum ſiue eccleſiam et Altare in ſingulis patronorum feſtiui-

tatibus et in omnibus aliis infraſcriptis, videlicet Natalis domini, Circumciſionis, Epyphanie, Paraſceues, Paſche, Aſcenſionis, Penthecoſtes, Corporis Criſti, Inuencionis et exaltacionis ſancte crucis, et Sancti Michaelis archangeli, et in Singulis feſtis Beate Marie Virginis, Natiuitatis et decollacionis Sancti Johannis Baptiſte, Beatorum Petri et Pauli apoſtolorum, et omnium aliorum apoſtolorum et ewangeliſtarum, Sanctorumque Stephani, Laurencii, Georgii, Criſtofori, Clementis, Vincencii martirum, Martini, Nycolai, Gregorii, Auguſtini, Ambroſii, Jeronimi, Bernardi, Benedicti, Franciſci, Dominici confeſſorum, Sanctarum Marie Magdalene, Marthe, Katherine, Margarete, Lucie, Agnetis, Agathe et vndecim milium virginum, In Commemoracione omnium ſanctorum et animarum et in conſecracionibus dicte eccleſie et altaris et per octauas omnium feſtiuitatum predictarum octauas habencium ac in ſingulis diebus dominicis cauſa deuocionis, oracionis aut peregrinacionis acceſſerint, Seu qui miſſis, predicacionibus, matutinis, veſperis aut aliis diuinis officiis, Exequiis et mortuorum ſepulturis ibidem interſuerint, aut qui dictam eccleſiam et Cymiterium pro animabus corporum inibi iacencium exorando circuerint, et qui ibidem ſuam elegerint ſepulturam, Vel qui ad fabricam, luminaria, ornamenta, libros, calices dicte eccleſie et altaris manus porrexerint adiutrices, aut qui in eorum teſtamentis vel extra aliquid ſuarum dicte eccleſie, altari ac monialibus legauerint facultatum, Vel qui in ſerotina pulſacione campane flexis genibus Secundum modum Romane curie ter aue maria dixerint, et qui res in cymiterio ſiue eccleſia repoſitas ab incurſu Raptorum ac predonum defenſauerint, Necnon qui bona et homines ipſorum, Redditus et prouentus annuales, vbicunque habent in villis, ab Euentibus dampnoſis liberauerint, Quocienſcunque, quandocunque et vbicunque premiſſa vel premiſſorum aliquid deuote fecerint, de omnipotentis dei miſericordia et Beatorum Petri et Pauli apoſtolorum eius auctoritate confiſi, Singuli noſtrum quadraginta dies indulgenciarum de iniunctis eis penitenciis miſericorditer in domino relaxamus, Dummodo dyoceſani voluntas ad id acceſſerit et Conſenſus. In cuius rei teſtimonium Sigilla noſtra preſentibus litteris appoſuimus. Datum Auinione, XI. die Menſis februarii, Anno domini Milleſimo trecenteſimo XXXII°., et Pontificatus domini Johannis pape XXII. Anno Sextodecimo. Et nos dei gracia Johannes Verdenſis epiſcopus Ratificamus et confirmamus omnes indulgencias a venerandis patribus Superius conceſſas, et auctoritate, qua fungimur, XL dies indulgenciarum concedimus et donamus. In cuius Rei teſtimonium ſigillum noſtrum preſentibus litteris appoſuimus. Datum Auinione, die Menſis et pontificatus ut ſupra.

LXIV. Die von Garthow überlaſſen ihre lehnsherrlichen Rechte im Dorfe Lieſten dem Kloſter, am 13. Februar 1334.

In nomine domini Amen. Nos fredericus, henninghus, Boldewinus fratres dicti de Garthow famuli recongnoſcimus per preſentes, quod vniuerſos, qui de manu noſtra bona tenuerunt in villa lyſten in pheodo, dimiſimus et preſentibus dimittimus a noſtro dominio, quod ſuper eiſdem bonis habuimus, liberos et ſolutos, et idem dominium ſiue Jus pheodale ad manum eccleſie in Arnſe libere per preſentes reſignamus, Ita quod qui a nobis predicta bona in villa lyſten de

manu noſtra in pheodo prius tenuerunt, de cetero tenere debebunt in pheodo de manu eccleſie in Arnſe. Ne autem predicta eccleſia a nobis ſeu noſtris ſucceſſoribus obſtaculum paciatur in premiſſis, preſentes noſtrorum Sigillorum appenſionibus fecimus communiri. Datum anno domini M°. CCC°. XXXIIII°., Dominica qua cantatur Inuocauit.

LXV. Die von Garthow treten alle Rechte in Lieſten dem Kloſter Arendſee ab, am 13. Februar 1334.

In nomine Domini Amen. Nos fredericus, Henninghus, Boldewinus, fratres dicti de Ghartow, notum facimus omnibus preſencia viſuris ſeu eciam audituris publice recognoſcentes, quod pro dampno, quod zanderus dictus de Weya Clericus intulit eccleſie in Arnſe in villa Sumendorp, dedimus et contulimus eidem eccleſie omnia bona noſtra, que habuimus in villa lyſten cum omni Jure, quo nos ea prius ex parte noſtri patris dinoſcimur poſſediſſe, Quibus bonis et omni Juri, quod in eis habuimus, debita et ſollempni renunciacione renunciauimus ad manus dicte eccleſie et preſentibus renunciamus, nichil Juris in eis nobis vel Succeſſoribus noſtris reſeruantes. Et dictorum bonorum veram warandiam pre omnibus contradictoribus fide data et manu collecta promiſimus et preſentibus promittimus Sepedicte eccleſie in Arnſe necnon prepoſito et Clauſtralibus ibidem inuiolabiliter obſeruare. Ne autem predicta eccleſia a nobis vel a noſtris ſucceſſoribus aliquam Brigham ſeu calumpniam paciatur in premiſſis, Preſentes noſtrorum Sigillorum appenſionibus dedimus roboratas. Datum anno domini M°. CCC°. XXXIIII°., dominica qua cantatur Inuocauit.

LXVI. Die von Garthow reſigniren dem Herzoge Otto von Braunſchweig ihre Beſitzungen in Lieſten zu Gunſten des Kloſters Arendſee, am 5. Februar 1335.

Magnifico Principi domino Suo ottoni, duci de Brunſwich, Beſeke, Helmer et Buſſo, fratres dicti de Garthowe, Se promptos et paratos in omni genere famulatus. Bona in lyſten, que A vobis in pheodo habuimus, veſtre reuerende dominacioni ad manus Clauſtri Arnſe preſentibus reſignamus. Datum Anno domini Milleſimo Tricenteſimo triceſimo quinto, in die Agathe virginis glorioſe.

LXVII. Beſeke, Hilmar und Buſſo von Garthow überlaſſen dem Kloſter Arendſee ihre Beſitzungen zu Lieſten, am 5. Februar 1335.

In godes namen amen. Wy Beſeke, helmer vnd Boſſe, knechte, Broder, hern henninghes ſone van der Chartowe, des mit gude ſi ghedacht, bekennen in deſſeme openen breue allen kriſtenen luden, de deſſen bref ſen vnde horen vnde betughen, dat wy mit vulbort vſer rechten eruen vnde mit eneme vrygen wilkore hebben vorkoft vnde laten her Johanne, deme Proueſte, vnde vor Margareten, der Priorinnen, vnde al deme Conuente der meghede Godes to deme arnſe dat halue rychte in dorpe vnde an velde, vnde den haluen burmeſter vnde de lenware ouer anderhaluen wyſchepel, vnde dat kerchlehn vnde al, dat wy hadden in deme dorpe to lyſten an holte, an weyde, an wyſche, an water, als it vs an ghevallen ys van vſeme vader vnde wy it beſeten hebben went an deſſen dach, ewichliken to beſittene ſunder genegher hande anſprake vnde genegherleye hynder. Ok ſcol wy dat gud deme kloſter to gude holden in vſen leneſchen weren alſo langhe, went ſe dat eſchen, dat wy dat vp ſenden. Dat loue wy Bruder Beſeke, Helmer vnde Boſſe in truwen mit ſamender hant to holdene deme vornomeden Godeſhus. Dat betughe wy mit vſen Ingheſeghelen, de wy hebbet ghehenghet to deſſeme jegenwordighen breue. Deſſes ſin tughe her hinrich van Redekeſtorpe, preſter, henningh klitzingh, Erneſt von dannenberghe vnde Ackerman, knapen. Darto vele guder lude. Deſſe bref is ghegheuen na godes bort duſent Jar drehundert Jar in deme vif vnde dritteghеſten Jare, in deme daghe der hilghen Juncvrouwen ſunte Agathen.

LXVIII. Biſchof Friedrich von Camin incorporirt die Pfarre zu Werckenthin dem Kloſter Arendſee, am 10. Mai 1335.

In nomine domini Amen. Fredericus, dei gracia Epiſcopus eccleſie Caminenſis, ad perpetuam rei memoriam. Cum omnis actio, que racioni innititur, a iuſticie tytulis inſignitur, perpetue valitudinis robore ſit firmanda, ea tamen ſpecialiter et potiſſime, que deputata eſt vſibus in ſancte religionis prepoſiti Criſto Jeſu conuerſancium, pontificali auctoritate rata ac racionabilis eſſe debet, et ad contradictionem in poſterum euitandam ſcriptis auctenticis merito confirmanda. Hinc eſt, quod in Criſto nobis dilecte Prioriſſa Totuſque conuentus ſanctimonialium in Arnſſe Benedicti ordinis Verdenſis dyoceſis nobis humiliter ſupplicarunt, quod cum redditus et prouentus dicti conuentus ſui ſint ita tenues et exiles, quod perſone altiſſimo in diuino officio die noctuque famulantes ex eis ſecundum ſuam decenciam non poterunt commode ſuſtentari, quatenus Eccleſiam parochialem ville Warghentin noſtre dioceſis, que villa ex donacione Illuſtris domini Kazimari, quondam ducis pomeranorum et Leuticiorum principis, ab antiquo cum omnibus ſuis Juribus, prouentibus, redditibus et pertinenciis quibuſcunque ad eas pertinuit et pertinet, prout in priuilegio dicti principis et confirmacione Venerabilis in Criſto patris domini Conradi quondam Caminenſis eccleſie

epiſcopi noſtri anteceſſoris patet euidenter, que vidimus et de verbo ad verbum conſpeximus, fore ſalua et illeſa, ipſi conuentui de noſtro pii paſtoralis officio vnire et incorporare dignaremur; Nos attendentes, quod cum a nobis petitur, quod iuſtum eſt et honeſtum, tam vigor equitatis quam ordo racionis expoſtulat, vt id ad debitum perducamus effectum, Preſertim cum in eo diuinum cultum conſpicimus adaugeri. Peticionibus igitur dictarum ſanctimonialium, Puta Prioriſſe et Conuentus, humilibus et condignis inclinati, et ut perſone preſentes et future in ipſo conuentu exiſtentes deuocius ac liberius omnipotenti deo ſueque genitrici virgini marie in ſuis officiis et oracionibus continuis valeant famulari, dictam eccleſiam ville warghentyn, cuius ius patronatus ad eaſdem hactenus pertinuit et pertinet, dicto Conuentui et cenobio ſanctimonialium predictarum cum omnibus ſuis Juribus, prouentibus, redditibus et pertinenciis, tam ſpiritualibus et temporalibus, vnimus, ſubicimus et preſentibus incorporamus, et preſentem noſtram vnionem ac incorporacionem de conſenſu et conſilio noſtrorum conſiliariorum firmam, ſtabilem et perpetuo permanendam auctoritate noſtra ordinaria in nomine domini in hiis ſcriptis confirmamus, Dantes et concedentes eiſdem Prioriſſe et Conuentui predicto, Vt ipſam eccleſiam, cum vacauerit, poſſint perſone ydonee locare, vel in ea vicarium perpetuum vel temporalem ponere, eumque vtilitate ſuadente reuocare et de ea diſponere, prout ipſis et eorum prouiſori ſecundum deum et equitatem canonicam viſum fuerit expedire, Juribus tamen epiſcopalibus nobis et noſtris ſucceſſoribus in eadem eccleſia et in vicario perpetuo vel temporali inſtituendo uel inſtituto, quantum ad curam animarum ſeu acceſſum altaris recipiendum, perpetuis temporibus reſeruatis, Porcione eciam debita et racionabili ipſi inſtituto uel preſentato pro competenti corporis ſui ſuſtentacione de prouentibus eccleſie reſeruata, Inhibentes ſub pena anathematis, ne poteſtas ſecularis vel alius quicunque, cuiuſcunque condicionis extiterit, dictas ſanctimoniales vel vicarium earundem, quem in dicta eccleſia duxerint ſtatuendum, in ipſa eccleſia aut bonis ad eam pertinentibus impediant aut quomodolibet impedire preſumat, vel aliquid ſibi in premiſſis contra noſtram vnionem et incorporacionem preſentem de cetero vendicet aut vſurpet, ſicuti noſtram et omnipotentis dei canonicam euitare voluerit vlcionem. Teſtes huius noſtre vnionis ſunt honorabiles viri domini fredericus de ſteghelis, archydiaconus vzenamenſis, herbordus, plebanus in cyten, Canonici Caminenſes, fredericus cornicke, officialis noſter, Thidericus de Bremis, franciſcus, plebanus in Corlyn, et alii plures fide digni. In cuius rei euidens teſtimonium ſigillum noſtrum preſentibus eſt appenſum. Datum et actum Tanclem, Anno domini M°. CCC°. XXXV°., In die Gordiani et epymachi martirum Beatorum.

LXIX. Albert von Alvensleben überläßt dem Kloſter Arendſee eine Hebung aus Leppin, am 26. Februar 1336.

In nomine domini Amen. Nos Albertus miles dictus de Aluenſleue, necnon Albertus et fredericus, eiuſdem militis filii, dicti de Aluenſleue, omnibus preſencia viſuris ſeu audituris cupimus fore notum publice proteſtando, quod nos et noſtri veri heredes conſilio vnanimi et conſenſu noſtrorum omnium ob reuerenciam et honorem dei et glorioſe virginis marie genitricis

eiuſdem et propter ſalutem noſtrarum omnium animarum et omnium parentum noſtrorum aſſignauimus pro teſtamento clauſtro ſiue Conuentui ſanctimonialium in Arneſſe ordinis ſancti Benedicti vnum chorum Siliginis, quem habuimus in villa leppin in curia cuiuſdam villani Thiderici dicti de Ghentzin, quem eciam predictum chorum ſiliginis vendidimus quondam hoyero vranken dicto de luchow beate memorie. Antedictum vero chorum ſiliginis dedimus et damus per preſentes cum omni Jure et proprietate ac libertate ſupradictis ſanctimonialibus in Arneſſe perpetuo habendum et poſſidendum, Sic tamen, quod Elyzabeth, ſanctimonialis ibidem in Arneſſe, quondam filia henninghi militis dicti de bodendich, predictum chorum ſiliginis ad neceſſaria eius habeat temporibus vite ſue, mortua vero predicta elyzabeth, quod tunc ſepedictus Conuentus ſanctimonialium in Arneſſe prenotatum chorum ſiliginis, veluti ſupra dictum eſt, obtinebit perpetue poſſidendum. Dantes ſuper hoc preſentes litteras. Preſentibus famulis, videlicet Conrado dicto de enbeke Et henningho dicto de Bodendich, et aliis quam pluribus fidei teſtimonio decoratis. Datum Calue, Anno domini M°. CCC°. XXXVI°., feria ſecunda proxima poſt dominicam, qua cantatur Reminiſcere.

LXX. Ditmar von Rekeling überläßt dem Kloſter Arendſee alle ſeine Beſitzungen in Sannem, am 3. Juni 1336.

In nomine domini Amen. Ne facta hominum confundat mater erroris obliuio, Scriptis auctenticis ſolent roborari, vt indicio euidenti ad poſterorum noticiam deducantur. Hinc eſt, quod Ego ditmarus dictus de Rekelingh famulus, recongnoſco per preſentes, quod de conſenſu omnium meorum heredum et ſpecialiter de conſenſu frederici de Charthow et ſuorum fratrum, Scilicet henninghi et Boldewini, vendidi et dimiſi iuſto tytulo vendicionis omnia bona mea, que habui in villa Sanneme, honorabili viro domino Johanni prepoſito in Arnſe et domine Margarete prioriſſe necnon conuentui Sanctimonialium ibidem, cum omni Jure quiete, pacifice, libere et perpetue poſſidenda. Videlicet in curia Sculteti decem et nouem modios Siliginis minus dimidio modio et VII modios auene et XVII pullos cum omni Jure. Item in Curia Johannis lamberti decem et octo modios ſiliginis minus dimidio modio et XV denarios Brandenburgenſes ad cenſum et alterum dimidium pullum cum omni Jure. Item in Curia Thiderici Lamberti alterum dimidium chorum Siliginis et III ſolidos brandenburgenſium denariorum ad cenſum et vnum pullum cum omni iure. Item in Curia henrici de kerkowe alterum dimidium chorum ſiliginis et III ſolidos Brandenburgenſium denariorum ad cenſum et VII modios auene et vnum pullum cum omni Jure. Item in Curia hinrici Elzeken vnum modium auene et VI pullos cum omni iure. Ebelinghus kerkun vnum quartale auene. Petrus kerkun X modios auene et VI pullos. hinricus Scheper III pullos. Vnus ſubditus illorum de ſculenborch dabit vnum pullum cum omni Juri, eciam ut premiſſum eſt. Item vendidi eis decimam minutam cum omni Jure. Item vendidi eis tres partes Judicii predicte ville Sanneme in lignis, Campo, foro, ſtrata, et iuſpatronatus eccleſie. Proinde predicti prepoſitus et Conuentus michi quadraginta tres marcas ſten-

dalgenſes argenti integraliter perſoluerunt in pecunia numerata, de qua ipſos et eorum Succeſſores quitos dimitto et ſolutos. Nos inſuper fredericus, henninghus, Boldewinus fratres dicti de Chartow famuli recongnoſcimus, quod huiſmodi vendicio facta eſt cum noſtro pleno conſenſu, et ideo eam gratam ratam habere volumus. Nos eciam antedicti Ditmarus, fredericus, henninghus, Boldewinus Promiſimus et preſentibus promittimus Predictis, ſcilicet domino prepoſito, domine Margarete Prioriſſe totique conuentui in Arnſe, quod eis predicta bona volumus ad bonum conſeruare, quouſque eorum reſignacionem a nobis poſtulabunt. Et eorundem bonorum eciam ipſis promittimus veram warandiam inuiolabiliter obſeruare. Ne autem predictus conuentus aliquam Brigham Seu calumpniam a nobis vel a noſtris ſucceſſoribus paciatur in premiſſis, preſentes litteras noſtrorum Sigillorum appenſionibus dedimus roboratas. Teſtes huius rei ſunt Dominus Johannes de hilghenuelda, Dominus Gherardus de winteruelde, Sacerdotes, Henninghus Clezinch, Ludericus Cyker, Ackerman, famuli, et quam plures fide digni. Actum et datum luchow, Anno domini M°. CCC°. XXXVI°., feria ſecunda infra octauam corporis Criſti.

LXXI. Die von Schöneberg verkaufen dem Kloſter Arendſee den Zehnt von deſſen Hofe zu Kruge, am 26. Mai 1337.

In nomine domini amen. Ne facta hominum ſimul cum lapſu temporis labantur, hinc eſt, quod ſcriptis auctenticis roborantur. Quapropter nos Ghiſo et Volpertus, dicti de Schonenberghe, recongnoſcimus tenore preſencium publice profitentes, Quod dominus Johannes prepoſitus in Arneſſe decimam in Curia monialium in Arneſſe ſita in Crughen ad manus dominarum predictarum perpetue a nobis redemit poſſidendo, et nos Ghiſo et volpertus predicti cum frederico famulo, dicto de Crughen, antedicto prepoſito et ſuis monialibus pretactis veram waram ſuper huiuſmodi decimam in omnibus plenarie promittimus obſeruando. Vt hec predicta eo firmius obſeruantur, Sigilla noſtrorum trium preſentibus ſunt appenſa. Teſtes ſunt dominus Gherardus, prepoſitus in Creueſe, dominus hermannus, plebanus in dobrun, Et Arnoldus famulus dictus de Crughen. Datum Anno domini M°. CCC°. XXXVII°., feria ſecunda ante feſtum aſcenſionis domini.

LXXII. Bürger in Salzwedel verkaufen dem Kloſter Arendſee Hebungen in Neulingen, am 6. September 1337.

In nomine domini Amen. Nos Johannes, Petrus fatres, filioli Johannis hardewici Bone memorie, Conburgenſes in Soltwedel, Ac ego Elyzabeth, Conthoralis iam dicti petri, preſencium in hac ſerie litterarum publice volumus eſſe notum Criſti fidelibus vniuerſis, Quod honorabili viro domino Johanni, prepoſito Sanctimonialium in Arneſſe, et domine Margarete prioriſſe Totique Conuentui ibidem vendidimus rite Reſignando recte litteras per preſentes Tres choros ſiliginis annue penſionis in villa Neylinghe ſitos et perpetue poſſidendos, Videlicet in Curia hennikens laurencii XVIII modios ſiliginis, In Curia hermanni dicti Alborch XVIII modios ſiliginis, In curia Amelii XVIII modios ſiliginis et in Curia hencekens XVIII modios ſiliginis, Nobis vero nichil reſeruantes in eiſdem aut poſſidentes in bonis memoratis. Vt Autem huius noſtre vendicionis et Reſignacionis rationabiliter facte Jugis et perpetua permaneat memoria et permanencia inoblita, hanc fecimus et iuſſimus inde conſcribi et noſtris appenſis Sigillis firmiter et lucide Roborari paginam videlicet preſentem. Teſtes eciam eius ſunt Nycolaus dictus Spolhouel, Burgenſis in Gardeleue, Thidericus Bollic congnominatus, Bethekinus de Chüdeme, Johannes de Mechowe et Plurimi alii fide digni. Datum Anno domini M°. CCC°. XXXVII°., Sabbato ante feſtum natiuitatis Beate Marie virginis dei genitricis glorioſe. Per manum mathei, Ciuis in Soltwedele.

LXXIII. Prieſter Johann von Heiligenfelde macht dem Kloſter Arendſee eine Schenkung mit Hebungen aus Lieſten, am 12. September 1337.

In nomine domini Amen. Ego Johannes, Sacerdos, dictus de hilghenuelda, recongnoſco in hiis ſcriptis, quod comparaui alterum dimidium chorum Siliginis pro duodecim marcis argenti ſtendalgenſis perſolutis a thiderico vrſleue, ciue in Saltwedele, ex Curia ipſius in villa lyſten quolibet anno in feſto beati Martini percipiendum, hanc ſiliginem donaui pro remedio et ſalute anime mee et animarum parentum meorum et omnium meorum amicorum Sanctimonialibus in Arnſe ſpecialiter intra muros clauſtri ad conſolacionem. Porro ſi prepoſitus dicti Clauſtri arnſe huiuſmodi alterum dimidium chorum Siliginis ſanctimonialibus antedictis preſumeret alienare et ſibi vſurpare, quod abſit, tunc Conſules antique ciuitatis Saltwedel debebunt dictam ſiliginem ex parte predictarum ſanctimonialium expignorare, Ita quod debet, non obſtante aliqua cauſa, perpetua elemoſina ad conſolacionem predictarum dominarum intra muros clauſtri permanere. Et ego prefatus Johannes de hilghenuelda rogaui dominum Johannem tunc temporis prepoſitum in Arnſe et Conſules antique ciuitatis ſaltwedel Sigilla eorum cum ſigillo Conuentus arnſe preſentibus appendi in teſtimonium premiſſorum. Nos vero Johannes prepoſitus in arnſe, Conſules antique Ciuitatis ſaltwedel rogati a predicto domino Johanne de hilghenuelda noſtra

Sigilla vna cum ſigillo Conuentus arnſe pro teſtimonio preſentibus duximus appendenda. Teſtes vero huius rei ſunt dominus Gherardus tunc temporis prepoſitus in Creweſe, dominus Nycholaus de Roſſow perpetuus vicarius in arnſe, dominus Gherardus Wynteruelde, Dominus thidericus de Berlin, Dominus Johannes de Coppenik, ſacerdotes, et alii quam plures fide digni. Datum anno domini Milleſimo Trecenteſimo XXX°. VII°., feria ſexta Infra octauam Natiuitatis beate marie.

LXXIV. Siegfried d. J. von Walſtove tritt dem Kloſter Arendſee ſeine Beſitzungen in Sannem ab, am 4. März 1338.

Ne acta in temporis ſpacio peracta ſimul cum lapſu temporis labuntur, hinc eſt, quod ſerie cartis auctenticis approbata Sigillis roborantur. Quapropter ego Scifridus Junior de Walſtoue famulus coram omnibus preſentibus [ſic!] viſuris ac audituris publice per preſentes recongnoſco, me omnia bona mea in villa zanneme exiſtencia, tam bona hereditalia, quam pheodalia, collata an [ſic] non collata, et omne dominium, omnem Juriſdictionem ſeu iudicium, et omnia mea bona ibidem exiſtencia in agro et in campo, In aquis An in lignis, in pratis vel in paſcuis ſeu in plateis, et precipue quidquid de bonis ibidem habeo ſeu poſſideo, Domino Johanni in Arnſe prepoſito et prioriſſe et toti Conuentui dominarum ibidem exiſtencium ad veram hereditariam poſſeſſionem poſſidendo perpetue, racionabiliter ac legitime vendidiſſe. Vt predicta eo firmius ac cercius prefatis obſeruentur, Ego Scifridus pretactus et Boldewinus ſenior de knifebeke et grus*) de hytſaker promittimus vnanimiter in hiis ſcriptis, predicto prepoſito et monialibus antedictis predicta bona coram domino pheudi reſignare et in omnibus precipue veram waram dare. In huius rei Teſtimonium ſigilla noſtrorum trium ſunt appenſa. Teſtes vero huius vendicionis ſunt Dominus Engelbertus, prepoſitus in dambeke, Agherman, Johannes ſteſo, ciuis in ſoltwedel, et quam plures alii fide digni. Datum Anno domini M°. CCC°. XXXVIII°., feria quarta in quatuor temporibus ante dominicam Reminiſcere.

*) Vielleicht germanus — eine Abbreviatur iſt nicht deutlich wahrzunehmen.

LXXV. Knappe Heinrich von Garthow überläßt dem Kloſter Arendſee einen Hof zu Thielber, am 16. Juni 1338.

Nouerint vniuerſi preſencia viſuri ſeu audituri, quod ego hinricus, famulus, dictus de Chartow, filius domini hinrici militis dicti de Chartowe pie memorie, dimiſi in toto Hono-

rabili viro domino Johanni prepoſito eccleſie Beate marie in Arneſſe Curiam Johannis de Cloden ſitam in villa Tylebe cum conſenſu omnium legitimorum meorum heredum dubio quolibet poſtergato. Datum Chartow, Anno domini M°. CCC°. XXXVIII°., in craſtino Beati viti martiris glorioſi.

LXXVI. Das Kloſter Arendſee verſchreibt dem Prieſter Johann von Ammensleben eine Leibrente aus Schnellenberg, am 25. Juli 1339.

Ego Johannes dictus de Bynde, prepoſitus Sanctimonialium in Arnſe, necnon Margareta Prioriſſa dicta de kalene totuſque Conuentus ibidem tenore preſencium publice proteſtamur, quod communi conſenſu domino Johanni dicto de ammenſleue ſacerdoti vendidimus duo talenta Brandenburgenſis monete ex Curia noſtra dicta Snellenberghe, ſita prope Werben, abſque omni dubio et dilacione ad feſtum beati nycholai, quoad uixerit, ſibi a colono prefate curie annuatim eroganda. Inſuper poſt mortem vero predicti domini Johannis ſoror ſua alheydis vnum talentum per tempora vite ſue in eadem curia et ſuper eundem terminum abſque omni impedimento erogandum poſſidebit. Secundum vero talentum in remedium anime ſepedicti domini iohannis et ſuorum progenitorum ſanctimoniales noſtre interius tollent perpetuis temporibus duraturum. Si autem ſpedictus dominus Johannes et ſoror ſua Alheydis in predicta pecunia defectum habuerint, tunc ex noſtris bonis melioribus ipſum defectum tenemur adimplere. Teſtes huius ſunt dominus Gherardus prepoſitus in Creueſe, Dominus Nycolaus de Roſſou, dominus gherardus de winteruelde, Dominus Johannes huperti, Dominus henricus ſartor, Dominus voltzekinus de Jabel, Sacerdotes, et allii quam plures fide digni. Datum Arnſe, anno domini M°. CCC°. XXXIX°., In die Jacobi apoſtoli. Conuentus noſtri ſub ſigillo.

LXXVII. Dieterich und Bernhard von der Schulenburg überlaſſen Leppin und Kaulitz dem Kloſter Arendſee, am 24. März 1340.

In nomine domini Amen. Nos Thidericus et Bernardus, fratres et milites, dicti de Sculenburch, Recongnoſcimus publice proteſtantes, Quod, maturo Conſilio omnium amicorum noſtrorum prehabito et cum conſenſu aliorum, quorum intererat aut intereſſe poterat, Rite ac racionabiliter iuſto tytulo vendicionis Diſcreto viro domino Meynardo, prepoſito in Arneſſe, necnon Prioriſſe Totique Conuentui ſanctimonialium ibidem exiſtencium vnum chorum ſiliginis in villa lepyn annuatim villamque Chawel cum omni vſufructu et cum omnibus vitaliciis necnon cum

cunctis bonis hereditariis, omniaque bona pheodalia collata et non collata, Cum omni Jure ſupremo et Infimo infra villam et extra villam, in viis et in vicis, in manſis et in campis ſeu in agris vniuerſis cultis et non cultis, pratis, aquis, paſcuis et nemoribus, vendidimus ac dimiſimus cum qualibet libertate, ſicut nos hactenus habuimus, perpetuis temporibus pacifice poſſidendam ſiue poſſidenda, Renunciauimus etiam et renunciamus, reſignauimus et reſignamus prenotata bona litteras per preſentes ad manus et ad vtilitatem predicti prepoſiti et conuentus Sanctimonialium in arneſſe, nichil nobis aut noſtris ſucceſſoribus inde uel in ipſis reſeruantes, Inſuper omnia prenotata predictis prepoſito et Conuentui ſanctimonialium in arnſſe volumus warandizare de qualibet iniuſta et friuola impeticione, vt eſt iuris. Vt autem predicta omnia per nos legitime facta a nobis et noſtris ſucceſſoribus inuiolabiliter obſeruentur, ex noſtra certa ſciencia preſentes litteras noſtris ſigillis ceriatim fecimus Roborari. Teſtes huius contractus ſunt Dominus Ludolfus, prepoſitus in zoltwedel, Dominus Johannes, quondam prepoſitus in arnſſe, dominus Bertoldus, plebanus in ymnenkote, ſacerdotes, wernerus ac wernerus, hinricus necnon henninghus famuli, filii predictorum militum de Sculenburch, Johannes hartwici, Bertoldus ac hoyerus fratres dicti de chuden, et iohannes de mechow, ciues in zaltwedel, aliique quam plures fide digni. Datum Anno dominice incarnacionis M°. CCC°. XL°., in vigilia annunciacionis virginis glorioſe.

LXXVIII. Markgraf Ludwig vereignet dem Kloſter Arendſee das Dorf Kaulitz, am 2. October 1341.

Ludewicus, dei gracia Brandenburgenſis et Luſacie marchio, Comes palantinus Reni, Dux Bauarie Sacrique Romani Imperii Archicamerarius, Singulis et Vniuerſis, ad quos preſentes deuenerint, ſalutem et noticiam ſubſcriptorum. Veniens ad nos honorabilis vir dominus Meynhardus, prepoſitus Sanctimonialium in Arnſſe ordinis ſancti Benedicti, nobis ex parte ipſarum et etiam nomine proprio, quod ipſis proprietatem ville dicte Chaul, a ſtrennuis viris de ſchulenburg pecunia debita comparatam a nobiſque in pheodo procedentem, dare et ipſam appropriare pure et ſimpliciter propter deum dignaremur, in ſalutem anime noſtre, heredum et ſucceſſorum noſtrorum, humiliter et cum inſtancia ſupplicauit. Cuius quidem videlicet Prioriſſe et Conuentus prenotati ad nos adeo attente deductis precibus annuimus iuxta vota, Monaſterio, Prioriſſe et Conuentui prenotatis ob id, vt altiſſimum dominum pro ſalute et Saluacione magnificorum Principum Marchionum Brandenburgenſium Bone Recordacionis predeceſſorum noſtrorum, noſtra, heredum et Succeſſorum noſtrorum, et eciam in reſtaurum dampnorum, ſi que noſtri nomine perpeſſa ſunt, proprietatem ville prenotate cum ſingulis ſuis pertinenciis damus et preſentibus elargimur perpetuis temporibus ſine inquietacione qualibet habendum pariter et tenendum, Renunciantesque pro nobis, heredibus et ſucceſſoribus noſtris omni Juri, Impeticioni et actioni, que nobis in premiſſa villa competere poſſent aliqualiter in futurum. In Cuius Rei teſtimonium ſigillum noſtrum preſentibus eſt appenſum. Teſtes vero huius ſunt Nobiles viri Ulricus Comes de Lyndowe,

Guntherus Comes de Swartzburg, Johannes de Buch, henricus de Ryſchach, Curie noſtre magiſter, Albertus de Wolffſtein, terre noſtre tranſoderane capitaneus, Johannes huſener, terre noſtre Luſacie aduocatus et Camere noſtre magiſter, Wilhelmus Bombrecht, noſter pincerna, cum ceteris pluribus fidedignis. Datum in Caſtris in obſidione caſtri dicti Lentzen, Anno domini M°. CCC°. XLI°., feria tercia poſt diem Beati mychaelis Archangeli.

LXXIX. Das Kloſter Arendſee verfügt über die Verwendung von Hebungen in Sannem, Lieſten und Kaulitz, am 25. Juli 1342.

In nomine domini Amen. Que geruntur in tempore, de facili euaneſcunt cum tempore, niſi recipiant aut voce teſtium aut ſcripti firmamentum. Nouerint igitur hanc paginam viſuri ſeu audituri vniuerſi, Quod dominus Meynardus, prepoſitus in Arneſſe, emit in villa ſannem in Curia Alberti de kerkun vnum chorum ſiliginis annuatim et Dominus Johannes ſacerdos, quondam eccleſie hillghenuelde plebanus, emit in villa lyſten II choros ſiliginis in Curia Reyneri et in villa Gawel in curia hinrici lamberti II choros ſiliginis, ita quod illi, qui in antedictis Curiis morantur aut Jure poſſident vel poſſidebunt, ſanctimonialibus in arneſſe ſingulis annis in feſto beati martini epiſcopi predictam ſiliginem ſpecialiter preſentabunt, Itaque quod cum I choro ſiliginis ville Gawel cera ad officium diuinum exercendum emetur, ſacriſtis termino predicto ſpecialiter preſentabitur, ac ipſe taliter luminibus de ſiligine preſint illamque poſtulent, ne defectus in earum redundet animarum detrimentum. Reſiduoſque choros ſiliginis collegium ad ſolamen habebit, Anniuerſarium meynardi et Johannis ſacerdotum memoratorum perpetue peragendo. Vt autem hec empcio et donacio rata et inuiolata permaneat, neque aliquis prepoſitorum ſucceſſorum infringat, Sigilla infraſcriptorum, ſcilicet domini Meynardi prepoſiti in Arneſſe, Conuentuſque ſanctimonialium ibidem, Domini Nycholai de Roſſow, Domini gherardi de winteruelde, Domini Gherardi plebani in Caulitz, necnon domini nycolai plebani in hilghenuelde preſentibus ſunt appenſa. Actum et datum arnſe, Anno domini M°. CCC°. XLII°., In die iacobi apoſtoli glorioſi.

LXXX. Knappe Ghozecow von Lüderitz überläßt dem Kloſter Arendſee die Lehnsgerechtigkeit über zwei Hufen zu Thielber, am 17. Juni 1344.

Ego Ghozecow de luderitz famulus tenore preſencium recongnoſco publice proteſtando, Quod de matura deliberacione et conſenſu omnium heredum meorum domino prepoſito ac Conuentui

Sanctimonialium in Arneſſe collacionem duorum manſorum, quam in villa Thilebe multis annis hereditarie habui ac libere poſſedi, ipſi predicto prepoſito et Conuentui propter perpetuam memoriam meam et parentum meorum annis ſingulis peragendam reſignaui et reſigno libere per preſentes, quos predictos duos manſos Johanni dicto bimeſode, ciui in Saltwedele commoranti, olim contuli, et e conuerſo predictos duos manſos antedictus Johannes michi beniuole et libere reſignauit. Vt huius vero collacionis reſignacio, quam ipſis prepoſito et Conuentui pro remedio anime mee ac parentum meorum omnium animarum, vt predicitur, feci et per preſentes facio, inconuulſa et inuiolata permaneat, Sigillo meo duxi preſentibus [ſic!] roborandum. Teſtes vero huius rei ſunt Dominus hinricus prepoſitus in Creueze, Dominus Rodolfus decanus in Boyſter, Dominus Nycholaus et Gherardus perpetui vicarii in Arneſſe, Johannes Plebanus in tylebe, Nycholaus plebanus in hilghenuelde, Sacerdotes, et Johannes prope fontem dictus Bymeſode, Johannes Bertoldi, Thidericus Brewitz, Burgenſes Antique Ciuitatis Soltwedele, et alii quam plures fide digni, ad hoc vocati ſpecialiter et Rogati. Datum et actum anno domini M°. CCC°. XLIIII°., XV. kalendas Julii.

LXXXI. Ablaßbrief des Vicars des Biſchofs Daniel von Verden für das Kloſter Arendſee, vom 6. Juli 1345.

Nos frater Johannes, dei gracia Chuſipolenſis eccleſie Epiſcopus, vices venerabilis in Criſto patris ac domini, domini Danielis, verdenſis eccleſie Epiſcopi, in pontificalibus gerentes, Vniuerſis Criſtifidelibus hanc litteram inſpecturis Salutem in domino ſempiternam. Cupientes quoſlibet Criſtifideles ad pietatis opera modis conuenientibus et deo placitis inuitare, Omnibus vere penitentibus, confeſſis et Contritis, qui ad Eccleſiam Beate marie virginis in arnſe manus porrexerint adiutrices, vel ad ipſam cauſa deuocionis acceſſerint In ſingulis feſtiuitatibus, videlicet Natiuitatis Criſti, Circumciſionis domini, Epyphanie, Cene, Paraſceues, Paſche, Aſcenſionis, Penthecoſtes, Corporis Criſti, Johannis Baptiſte, Omnium Apoſtolorum et ewangeliſtarum, Omnium ſanctorum et animarum, omnium patronorum, die dedicacionis et in omnibus feſtis glorioſe virginis marie et per octauas earundem, Vel qui cymiteria circuerint orando pro fidelibus defunctis, Vel qui corpus Criſti ſeu oleum ſacrum ſequuntur, dum ad infirmum fuerit deportatum, Necnon qui in ſerotina pulſacione tria aue maria dixerint ob Reuerenciam genitricis dei, De omnipotentis dei miſericordia beatorumque apoſtolorum Petri et Pauli gracia confiſi, auctoritate noſtra qua fungimur, de penitenciis eis iniunctis LXXX dies indulgencie cum duabus karenis ex parte domini noſtri Danielis epiſcopi et ex parte noſtra in domino miſericorditer Relaxamus. Datum anno domini M°. CCC°. XL quinto, in octaua Petri et Pauli apoſtolorum.

LXXXII. Das Kloſter Arendſee verfügt über Hebungen in Leppin, die ihm zu einer Gedächtnißſtiftung von Bürgern Salzwedels zugewandt ſind, am 28. September 1347.

Nos Johannes prepoſitus, Sophia prioriſſa totuſque Conuentus ſanctimonialium Monaſterii in Arneſſe recongnoſcimus publice per preſentes, Quod pro XVII marcis argenti nobis ſolutis et in vtilitatem eccleſie noſtre conuerſis vendidimus ac dimiſimus diſcretis viris Johanni de cynowe et Arnoldo dicto lunigh, ciuibus in ſoltwedele duos choros ſiliginis perpetuorum reddituum in villa noſtra leppyn, vnum videlicet chorum In curia nunc Willekini ſutoris et alium in curia nunc Johannis de Woldenberghe. Quos quidem choros dicti ciues poſt ipſorum deceſſum Conuentui noſtro intra clauſtrum pro ſalute animarum ſuarum diuidendos, prout inferius exprimitur, aſſignarunt. Ad tempora tamen vite predictorum Johannis et Arnoldi de bonis noſtris certioribus ſeu de noſtro granario cuilibet eorum vnum chorum ſiliginis in Ciuitate ſaltwedele predicta in feſto martini annis ſingulis perſoluemus. Mortuis autem ipſis vel eorum altero nunc vxores eorum vel vxor eorum alterius, qui deceſſerit, earum quelibet dimidium chorum ſiliginis in forma premiſſa ad vite ſue tempora optinebunt. Et tunc Conuentus noſter de predictis curiis in leppyn vnum chorum ſiliginis intra clauſtrum diuidendum percipiet et defuncti ſeu defunctorum memoriam vigiliis, miſſis et oracionibus peraget, vt eſt moris. Poſt mortem vero predictorum virorum et eorum conthoralium predictos duos choros ſiliginis de predictis curiis in leppyn Conuentus noſter perpetuo percipiet, qui intra clauſtrum per prioriſſam dominabus et pueris caritatiua diſtribucione porcionaliter diuidentur. Et tunc anniuerſarius eorum Johannis videlicet de Cynowe et heylen vxoris ſue Ac Arnoldi lunig et Ode vxoris ſue ſpecialiter, et Parentum eorum generaliter per Conuentum vigiliis, miſſis, commendacione et oracionibus perpetuo fideliter peragetur. In premiſſorum omnium euidenciam et teſtimonium luminoſum Sigilla noſtra preſentibus ſunt appenſa. Datum anno domini M°. CCC°. XLVII°., in profeſto beati mychaelis.

LXXXIII. Markgraf Ludwig eignet dem Kloſter Arendſee verſchiedene Rechte und Freiheiten zu, am 19. Februar 1348.

Nouerint vniuerſi preſentes litteras inſpecturi, Quod nos Ludwicus, dei gracia Brandenburgenſis et Luſacie Marchio, Comes Palatinus Reni, dux Bauarie et karinthie, Sacrique Romani Imperii Archicamerarius, Tirolis et Goricie comes, Pie deuocionis affectu moti, quem circa deodicatas perſonas, Prioriſſam et Conuentum Sanctimonialium in Arnſſe Ordinis ſancti Benedicti Verdenſis dyoceſis gerimus, eiſdem preſentibus et futuris diuine remuneracionis intuitu dedimus, damus et donamus per preſentes Theolonium pannorum, qui in oppido predicto Arneſſe Integraliter aut parcialiter per vlnam vendentur vel ementur deinceps, quod ibidem noſtri officiati prius recipere conſueuerunt. Damus quoque dicto Conuentui duodecim pullos in villa Nelinge cum dimidietate minute decime ſuper quator Curias et vnum Coſſatum in predicta villa, Sic quod

premiſſa, videlicet Theolonium de pannis, duodecim pulli et medietas decime minute predicte cum omni iure, gracia, commodo et honore, quibus nobis pertinebant, ad prenotatum Conuentum debebunt perpetuis temporibus pacifice pertinere, Abdicantes omne Jus, cui et renunciamus ſolempniter pro nobis, heredibus et ſucceſſoribus noſtris, quod nobis competit aut competere poſſet aliqualiter in eiſdem. Non debebit eciam Capitaneus, Aduocatus, aut officiatus noſter aliquis, vel Budellus ipſorum ſubſtitutus nobis in premiſſis Theolonio aut aliis Juris quidpiam vendicare aut aliqualiter vſurpare. In cuius teſtimonium preſentes dari fecimus Sigilli noſtri appenſi munimine firmiter communitas. Teſtes vero Strennuus Miles fridericus de Lochen, Capitaneus noſter in Marchia generalis, et honorabilis vir dominus Ludolfus, prepoſitus in Saltzwedel, necnon Strennui viri Albertus de aluenſleue et fridericus de Garthowe, et alii quam plures fide digni. Datum Tangermund, Anno domini M°. CCC°. Quadrageſimo octauo, feria tercia proxima ante petri ad kathedram.

LXXXIV. Die von Garthow überlaſſen dem Kloſter Arendſee Beſitzungen in Genzin, am 13. Mai 1349.

In nomine domini Amen. Ne mater erroris obliuio facta hominum confundat, ſcriptis autenticis ſolent roborari. Hinc eſt, quod nos Johannes dictus de Gartowe, plebanus in Wuſtreue, et fredericus, dictus de chartow, filius frederici Junioris noſtri fratris dicti chartou bone memorie, tenore preſencium recongnoſcimus publice proteſtando, Quod hinricus mule dictus de Chartowe beate memorie, noſter quondam frater et patruus predicti frederici, ex vnanimi conſenſu noſtrorum omnium predictorum et omnium heredum noſtrorum legitimorum aſſignauit et donauit, veluti nos predicti Johannes dictus de Chartow, Plebanus in Wuſtreue, et fredericus de Chartow per preſentes aſſignamus et donamus, ob remedium noſtrarum et omnium noſtrorum parentum animarum Prioriſſe et conuentui ſanctimonialium in Arneſſe vnam curiam ſitam in villa Ghentzin, in qua nunc moratur Lambertus, cum omnibus Redditibus et deriuacionibus ad predictam curiam ſpectantibus, Videlicet cum omni Jure infra ſepes et XXVIII modiis ſiliginis et VI denariis in feſto beati martini Epiſcopi et cum duobus pullis et decima minuta et ſeruicio ſingulis annis habendo et poſſidendo, Sic tamen, quod Elizabeth chartow, ſoror antedicti frederici, et Byke dicta de yetze, noſtra conſangwinea, ſanctimoniales ibidem in clauſtro Arneſſe exiſtentes, omnes predictos redditus ad antedictam curiam ſpectantes ad vite ſue neceſſaria temporibus vite ambarum ſanctimonialium predictarum ſingulis annis percipiendo habebunt. Mortua vero vna earum alia, que diucius ſuperuixerit, predictos redditus integraliter habebit percipiendo, Ambabus vero mortuis ſupradictis, extunc Prioriſſa et Conuentus ſanctimonialium in Arneſſe ad earum conſolacionem ſepedictam curiam cum omnibus ad ipſam ſpectantibus, vt premiſſum eſt, perhenniter optinebunt. Et memoria hinrici et noſtrorum et omnium parentum noſtrorum ſingulis annis in feſto beati Oſwaldi regis et martiris vigiliis, miſſis et aliis bonis operibus in monaſterio Arneſſe peragi ſtudioſe debebit. Vt vero hec Predicta a nobis et a noſtris heredibus Rata

et inuiolabiliter ſeruentur, Damus ſuper hoc noſtras patentes litteras ſigillorum noſtrorum appenſionibus firmiter roboratas. Et nos henninghus et Boldewinus fratres, necnon Johannes et buſſo, ſinguli dicti de Chartow, et Hinricus dictus Roſſov in teſtimonium omnium premiſſorum Sigilla noſtra a nobis preſentibus ſunt appenſa. Teſtes vero huius rei ſunt Meynardus prepoſitus tunc temporis in Arnſe, Dominus Nycholaus de Roſſov, Gherardus winterueld, ſacerdotes, Nycholaus plebanus in hilghenuelde et Johannes plebanus in maleſtorp et gherardus Crughen laycus et alii quam plures fide digni. Datum Chartow, Anno dominice incarnacionis M°. CCC°. XLIX°., in die beati ſeruacii epiſcopi et confeſſoris.

LXXXV. Das Kloſter Arendſee bekundet die Stiftung der Gedächtnißfeier des Prieſters Rudolph Hennemann zu Seehauſen, am 15. Juli 1350.

Nos Johannes prepoſitus, Jutta Prioriſſa totuſque Conuentus ſanctimonialium Monaſterii ſancte Marie virginis in Arneſſe ad noticiam tam preſencium quam futurorum deducimus per preſentes, Quod pie memorie vir diſcretus dominus Rodolphus henneman, Sacerdos in zehuſen, Dum pro ſalute anime ſue in vltima voluntate ſua ſuum conderet teſtamentum, vt dies obitus ſui in noſtro Conuentu memorialis miſſis et vigiliis Annis Singulis haberetur, nobis octo marcas Argenti Brandenburgenſis legauit propter deum ad comparandum perpetuos Redditus cum eiſdem et diſtribuendum perſonis ſingulis intra clauſtrum. Quapropter ad hoc implendum recepta per nos predicta pecunia et in communem vſum noſtrum conuerſa In propria noſtra curia in Vylebom, Vnanimi conſenſu dimiſimus ac preſentibus dimittimus Vnum talentum brandenburgenſium denariorum per ſingulos annos perpetuo per noſtrum in dicta curia villicum ſeu colonum in feſto martini in manus Prioriſſe perſonaliter preſentandum. Cuius tamen pecunie dimidietatem heylewigis nobiſcum profeſſa ſoror prenotati quondam domini Rodolphi ad vite ſue tempora ſue prebende recipiet ad augmentum. Alia autem dimidietas perſonis ſingulis intra conuentum, vt predicitur diuidetur. Poſtquam autem dicta heylewigis viam vniuerſe carnis ingreſſa fuerit, prédictum talentum de prefata noſtra curia, vt premittitur, exſoluendum conuentui noſtro integraliter diſtribuendum perpetuis temporibus permanebit. Dies igitur obitus domini Rodolphi ſepedicti vigiliis miſſis, commendacionibus ac aliis peractionibus in Conuentu noſtro conſuetis Anniuerſarius pro remedio anime ipſius perpetuis temporibus peragetur. Vt autem premiſſa a nobis et poſteris noſtris inuiolabiliter obſeruentur, Preſentem litteram ſuper hiis confectam ſigillorum noſtrorum appenſionibus fecimus communiri, in euidenciam et teſtimonium eorundem. Teſtes eciam huius rei ſunt Diſcreti viri domini Gherardus de Winteruelde, perpetuus in eccleſia noſtra vicarius, Henricus mowe ac Johannes plebanus in Malſtorpe, noſtre curie cappellani, ac henricus in nelinghe, necnon henricus in Crughe, eccleſiarum Rectores, ac quam plures alii fide digni. Datum Anno domini M°. CCC°. quinquageſimo, in feſto diuiſionis apoſtolorum.

LXXXVI. Das Kloſter Arendſee verkauft an Johann von Lughe Hebungen aus Vielbaum für eine Conventualin auf Lebenszeit und zu ſeiner Gedächtnißſtiftung, am 15. Juli 1350.

Nos Johannes prepoſitus, Jutta Prioriſſa totuſque conuentus ſanctimonialium monaſterii ſancte marie virginis in Arneſſe ad noticiam tam preſencium quam futurorum deducimus per preſentes, Quod pro octo marcis argenti Brandenburgenſis nobis ſolutis et in communem vtilitatem noſtram conuerſis vnanimi conſenſu vendidimus ac dimiſimus vnum talentum brandenburgenſium denariorum perpetui pactus in propria curia noſtra in vilebom, Quod margareta de lughe noſtra conclauſtralis ad vite ſue tempora prebende ſue recipiet ad augmentum, et hoc ſibi in manus ſuas colonus ſeu villicus dicte curie ſingulis Annis in feſto beati Martini perſonaliter preſentabit. Poſt mortem vero dicte Margarete prefatum talentum per dicte curie villicum vel colonum Annis ſingulis tempore ſeu feſto predicto in manus preſentabitur prioriſſe et diſtribuetur perſonis ſingulis intra clauſtrum. Anniuerſarius quoque parentum dicte margarete, Johannis videlicet de lughe ac Wendelen vxoris ipſius, de quorum elemoſinis prefatum talentum caritatiue, vt predicitur, diſtribuendum extitit comparatum, vigiliis, miſſis, commendacionibus ac aliis peractionibus in conuentu noſtro conſuetis pro animarum ſuarum remediis perpetuis temporibus peragetur. Vt Autem premiſſa A nobis et poſteris noſtris inuiolabiliter obſeruentur, preſentem litteram ſuper hiis confectam ſigillorum noſtrorum appenſionibus fecimus communiri. Teſtes eciam huius rei ſunt Diſcreti viri domini Gherardus de Wynteruelde, perpetuus in eccleſia noſtra vicarius, Henricus in Crughen, noſter perpetuus capellanus, Ac henricus dictus mowe necnon Johannes in Malſtorpe plebanus, noſtre curie capellani, ac quam plures alii fide digni. Datum anno domini M°. CCC°. quinquageſimo, in feſto diuiſionis apoſtolorum.

LXXXVII. Rudolph, Dechant zu Boyſter, ſtiftet bei dem Kloſter Arendſee ſeine Gedächtnißfeier mit Hebungen aus Thielber, am 24. Auguſt 1350.

Ego Rudolfus, decanus eccleſie ſancti Nycolai in boyſtar, recognoſco litteras per preſentes, Quod ob remedium et ſalutem animarum mee et parentum meorum vnum manſum in villa thilebe adiacentem Curie, in qua nunc byndeman moratur, a Johanne dicto apud fontem, ciue quondam in ſoltwedele, de meo proprio comparaui et cum omni Jure, ſicut ipſe Johannes dictum manſum habuit in Pheodo a ſtrennuo et honeſto famulo Gotzekino de Byderwitz, reſignato tamen dicto pheodo in manus Gozekini predicti, eundem manſum eccleſie et Conuentui Sanctimonialium in arneſſe elemoſinarum nomine ſum Largitus, Ita tamen, quod eiuſdem manſi Pactum ego ad vite mee tempora percipiam. Poſt mortem vero meam Heylewigis mater mea dimidietatem pactus, et conuentus predictus dimidietatem percipiet. Poſtquam autem ego et Mater mea predicta de huius ſeculi medio ſumus ſublati, Conuentus totum pactum percipiet, et Iſdem [ſic!] pactus in manus preſentabitur prioriſſe. Et Prioriſſa prepoſito duos ſolidos et tribus

ſacerdotibus ac ſcolari cuilibet vnum ſolidum in vigilia Martini annis ſingulis preſentabit. Reſiduum vero dominabus intra clauſtrum porcionaliter diuidetur. In premiſſe vero rei caritatiuam recompenſam obitus mei memoria anniuerſaria ac Gherardi et heylewigis parentum meorum nominatim, necnon fratrum et ſororum meorum in generali in predicta martini vigilia vel proxima die conuentui competenti a ſanctimonialibus predictis miſſis et vigiliis ac aliis conſuetis commendacionibus perpetuis temporibus annis ſingulis peragetur. In cuius Rei euidenciam Sigillum meum preſentibus eſt appenſum. Datum anno domini M°. CCC°. Quinquageſimo, in die beati Bartholomei Apoſtoli glorioſi.

LXXXVIII. Des Kloſters Arendſee Verſchreibung für den Dechanten zu Boyſter über die Stiftung ſeiner Gedächtnißfeier, vom 24. Auguſt 1350.

Nos Johannes prepoſitus, Jutta Prioriſſa totuſque conuentus Sanctimonialium Monaſterii ſancte Marie virginis in Arneſſe recongnoſcimus per preſentes, Quod honorabilis vir dominus Rodolphus, decanus eccleſie in Boyſtar, ob ſalutem animarum ſue et parentum ſuorum Eccleſie noſtre vnum manſum in villa Thilebe cum omni Jure de ſuo proprio comparauit et eundem manſum noſtro Conuentui perpetuo aſſignauit, Ita tamen, quod ad vite ſue tempora pactum eiuſdem manſi ipſe percipiet, et poſt obitum ipſius mater ſua carnalis, quamdiu vixerit, dimidietatem predicti pactus et Conuentus noſter dimidietatem percipient. Poſt vtriuſque autem obitum Conuentus totum pactum de predicto manſo percipiet omni Jure. Qui pactus annis ſingulis in manus preſentabitur prioriſſe, et Prioriſſa de prefato pacto erogabit prepoſito duos ſolidos et tribus ſacerdotibus ac ſcolari cuilibet vnum ſolidum, et reſiduum dominabus diuidet intra clauſtrum in vigilia martini. Qua die vel proxima Conuentui competenti prefati domini Rodolphi memoria anniuerſaria ac Gherardi et heylewigis parentum ſuorum nominatim, ac fatrum et ſororum ſuorum generaliter vigiliis et miſſis ſecundum Conuentus noſtri conſuetudinem fideliter peragetur. Vt autem predicta a nobis et poſteris noſtris firmiter obſeruentur, preſentem litteram ſuper hiis confectam Sigillis noſtris ipſi dedimus ſigillatam. Teſtes eciam huius rei ſunt Diſcreti viri domini Johannes barſwich ac Meynardus, Canonici in Boyſtar, Gherardus de Lentzen, Ac Nycholaus de Roſſowe, perpetui in eccleſia noſtra vicarii, ac quam plures alii fide digni. Datum anno domini M°. CCC°. quinquageſimo, In die beati Bartholomei apoſtoli.

LXXXIX. Das Kloſter Arendſee verkauft an Conventualinnen Leibrenten aus ſeinen eigenen Gütern, am 7. Dezember 1350.

Nos Johannes prepoſitus, Jutta Prioriſſa totuſque conuentus ſanctimonialium monaſterii in Arneſſe recongnoſcimus publice per preſentes, Quod vnanimi conſenſu et concordi voluntate vendidimus ac perpetuo dimiſimus pro octo marcis nobis ſolutis et vtilitatem noſtram communem conuerſis in propria villa noſtra Gawele vnum talentum brandenburgenſium denariorum, In curia ſcilicet Ghericonis dicti houener X ſolidos, et in curia fritzen de creueſe X ſolidos, per ipſos colonos vel eorum in poſterum in dictis curiis ſucceſſores de cenſu manſorum Annis ſingulis in die beati Nycholai preſentandos in manus noſtre domine Prioriſſe. Cuius quidem pecunie decem ſolidi ad augmentum elemoſinarum pro fidelium animabus fieri conſuetarum iugiter permanebunt, et reſidui decem ſolidi deodeuotis nobiſcum profeſſis dominabus Sophye de Sydowe et ermegardi de molendorpe ad vtriuſque vite tempora, altera eciam defuncta. Poſt vtriuſque mortem dicti X ſolidi intra conuentum dominabus ad caritatem porcionaliter diuidentur in ſalutem omnium fidelium animarum. Vt autem hec premiſſa a nobis et poſteris noſtris inuiolabiliter perpetuo obſeruentur, in euidens teſtimonium eorundem ſigilla noſtra patenti appoſuimus huic ſcripto. Teſtes eciam hūius rei ſunt honorabiles viri et diſcreti domini henricus, prepoſitus in Creueſe, Gherardus de Winteruelde ac nycholaus de Roſſowe, perpetui in eccleſia noſtra vicarii, Henricus mowe ac Johannes plebanus in Bomezin, noſtre curie Cappellani, ac quam plures alii fide digni. Datum anno domini M°. CCC°. quinquageſimo, In craſtino beati nycholai confeſſoris et Pontificis glorioſi.

XC. Das Kloſter Arendſee verkauft denen von Klitzing Leibrenten für Conventualinnen ihrer Familie, am 7. Dezember 1350.

Nos Johannes prepoſitus, Jutta Prioriſſa Totuſque conuentus ſanctimonialium monaſterii in Arneſſe recongnoſcimus publice per preſentes, Quod honeſti famuli henninghus et Wernerus dicti klitzing in animarum ſuarum ac parentum ſuorum pie memorie, Conradi quondam dicti klitzing ac Zacharie conthoralis ipſius, remedium pro octo marcis argenti nobis ſolutis et in vtilitatem noſtram communem conuerſis vnum talentum Brandeburgenſium denariorum a nobis comparauerunt de villa noſtra propria Gawele ex curiis ludgeri et henniken heynen ex ipſarum qualibet decem ſolidos Annis ſingulis perpetuo exſoluendum. Quod quidem talentum per ipſos colonos vel eorum in poſterum ſucceſſores in curiis prenotatis de cenſu manſorum in die beati nycholai Annis ſingulis in manus prioriſſe preſentabitur, et ipſius dimidietas intra conuentum dominabus porcionaliter diuidetur, aliam autem dimidietatem deodeuote nobiſcum profeſſe domine Bertradis clitzinges, ſoror, et Elizabeth de ſadenbeke, matertera predictorum famulorum, ad vtriuſque vite ſue tempora percipient, altera eciam defuncta. Pro quo Conuentus noſter prima

die poſt feſtum nycholai ipſi Conuentui competenti memoriam fideliter peraget animarum Conradi ac Zacharie prefatorum cum vigiliis, miſſis, oracionibus et commendacionibus, vt eſt moris. Poſtquam eciam dicti Henninghus et Wernerus vel eorum alter de huius ſeculi medio ſublati fuerint, memoria eorum vel eius vna cum parentum ſuorum predictorum memoria prenotata per conuentum, ut premittitur, peragetur. Poſtquam autem dicte Bertradis et Elyzabeth viam vniuerſe carnis ambe fuerint ingreſſe, prefati talenti dimidietas, quam ipſe, quoad vixerunt, ſuſtulerunt, ad diuiſionem prenotatam porcionaliter dominabus intra faciendam Jugiter permanebit. Et ſic prenotata memoria perpetuo peragetur, ſicut predicitur, per conuentum. Vt autem premiſſa omnia et ſingula firmiter per nos et noſtros poſteros obſeruentur, preſentem paginam ſuper hiis conſcriptam ſigillorum noſtrorum munimine dignum duximus roborandam in euidenciam et teſtimonium eorundem. Teſtes eciam huius rei ſunt honorabiles viri et Diſcreti Domini Johannes de Bynda, Rector eccleſie in Reuenſtorpe, Gherardus de Wynteruelde et Nycolaus de Roſſowe, perpetui in eccleſia noſtra vicarii, Henricus mowe et Johannes de Bomezin, noſtre curie capellani, ac quam plures alii fide digni. Datum Anno domini M°. CCC°. L°., In craſtino beati nycolai confeſſoris Atque pontificis glorioſi.

XCI. Der Rath zu Lüneburg bekundet, daß ein daſelbſt dem Kloſter Arendſee vermachtes Haus von dieſem verkauft ſei, am 15. Juni 1351.

Nos Conſules Ciuitatis Luneborch Hermannes hout, Johannes dicke, hartwicus de Palma, Johannes Garlop, Thidericus Stiliſten, Conradus peghehardi, Hinricus Miles, Ludolfus hartwici, Jacobus de ponte, hinricus viſcule, Gherardus Garlop, hermannus hout Junior, Tenore preſencium publice proteſtamur, quod bone memorie hinricus Bartrammi, faber, quondam noſter conciuis, dum viveret, et ipſius vxor domina Mechtildis cum conſenſu heredum ſuorum omnium Domum ſuam, Curiam et aream cum attinenciis in nouo foro lunenborch ſitas Monaſterio ſanctimonialium ſancte marie virginis in Arneſſe Juſto donacionis tytulo poſt obitum vtriuſque ipſorum legaliter donauerunt, prout in litteris prioribus ſigillo noſtro ſigillatis plenius continetur. Nunc autem predicta domina Mechtildis, viro ſuo prefato Jam dudum per mortem extincto, domum, Curiam et aream cum attinenciis cum expreſſo conſenſu et aſſenſu domini Johannis prepoſiti, Jutte prioriſſe ac tocius conuentus Monaſterii ſupradicti vendidit et dimiſit Nycholao Langhar noſtro conciui et eius heredibus, Ita ſane, quod ipſa domina Mechtildis annuum cenſum cedentem et prouenientem ex eis, videlicet Sex marcas denariorum luneburgenſium percipiet ad tempora vite ſue, Et poſt ipſius obitum prefatus Nycholaus Langhar et eius heredes aut in dicta hereditate ſucceſſor et poſſeſſor, ſucceſſores et poſſeſſores Monaſterio in Arnſſe prelibato Nonaginta marcas luneburgenſium denariorum infra dimidium annum continuum a die obitus dicte domine computandum perſoluent pecunia cum parata infra primum menſem poſt lapſum dicti dimidii anni numerandum. Preterea recognoſcimus, quod hinricus Bertrammi faber, dum viueret, ac Mechtildis ipſius Vxor prefati prelibato monaſterio

in Arnſe dimidium chorum ſalis in ſalina luneborch quolibet flumine in Wechpanne ad dextram manum, cum Ingreditur domus Soderſtinge, iuſto donacionis tytulo poſt vtriuſque ſui deceſſum percipiendum perpetuis temporibus donauerunt, hac condicione adiecta, quod Collector bonorum ſalinarium ſepedicti monaſterii duabus filiabus dicti hinrici ſanctimonialibus in dicto monaſterio veſtitis annis ſingulis dabit vnicuique vnam marcam denariorum ad tempora vite ſue. In recompenſam beneficii antedicti Sanctimoniales dicti monaſterii tenebunt [ſic!] memorias perpetuas Hinrici ac Mechtildis ibidem ac parentum ſuorum perpetuo celebrare et obſeruare. Inſuper venit in condicionem, quod, ſi prefati Nycholaus langhar et eius heredes infra terminum prefixum non perſoluerent nonaginta marcas, nec poſſeſſor ſeu poſſeſſores, extunc termino elapſo prepoſitus et conuentus dicti monaſterii in arnſſe memorati vendent dictam hereditatem vni burgenſi noſtrorum, cuicunque voluerint, pecunia prompta et parata, modo quo valent cariori. In quorum omnium euidens teſtimonium Sigillum noſtrum preſentibus eſt appenſum. Datum anno domini M°. CCC°. LI°., in die beati viti martiris.

CXII. Rath und Schöppen zu Seehauſen bekunden die Ausſtattung und das Vermächtniß, womit Mechtild von Briezke ihre Tochter in das Kloſter Arendſee gebracht hat, am 26. Dezember 1351.

Ne obliuio, que dici poteſt mater erroris, facta hominum confundat, Neceſſe eſt ea Scriptis, Sigillis et teſtibus perhennari. Hinc eſt, quod nos Conſules Ciuitatis Sehuſen et Scabini per preſentes recongnoſcimus et teſtamur, nobis fore notum, Quod Mechtildis relicta Bernardi de Brytzeke pie memorie vna cum filia ſua fuit in curia ſua in villa verglibbe, quam curiam cum omni Jure, videlicet infimo et ſupremo, noſcitur poſſidere, In qua curia Judicium cum ſuo proprio Judice et villanis dicte ville diſpoſuerunt, Sicuti cum Judice et villanis publice poteſt proteſtari. Vbi dicta Mechildis, Relicta Bernardi prenotati, cum conſenſu et voluntate filie ſue mechtildis pretacte coram diſpoſito iudicio donauit filie ſue Alheydi ſub iugo clauſtrali in Arneſſe mancipate ſeu profeſſe ex bonis hereditariis dicte curie adiacentibus et non pheodalibus tria talenta reddituum Brandenburgenſium denariorum, quoad tempora vite ſue quiete, pacifice et ſine Impedimine quovis poſſidendum. Nullum eciam nocumentum dictam profeſſam ſeu ſanctimonialem in recepcione dictorum reddituum annualium debeat impedire quouis modo, ſi eciam de toto pacto non magis, quod abſit, deriuaret, Sanctimonialis vero priustacta dictos redditus in duobus terminis recipere debeat infraſcriptis, Videlicet ipſo die beati martini epiſcopi et Confeſſoris Triginta ſolidos et in feſto purificacionis beate marie virginis totidem receptabit denariorum monete prelibate. Defuncta vero prenominata ſanctimoniali predictorum trium talentorum annualium duo talenta in Curia preſcripta ad vſum poſſeſſoris hereditarii ſine impeticione qualibet libere viceuerſa redundabunt, vt antea fuerunt, Tercium vero talentum predictorum reddituum ſanctimoniales clauſtri prefati inter ſe diuidendo ad ſuam prebendam veſpertinam perpetuis temporibus ſibi reſeruabunt in duobus terminis prius ſcriptis, videlicet ipſo die beati martini decem ſolidos et In purificacione

beate virginis todidem reſeruabunt ex curia anteſata. In quorum omnium premiſſorum teſtimonium Sigillum noſtre ciuitatis eſt appenſum. Hii fuerunt protunc Conſules Johannes holthuſen, Henninghus grothe, Storcow, zabellus de Bryceke, hennekinus ſcilt, hennekinus Barſwich, Thidekinus rodolphi et Arnoldus creweſe. Hii fuerunt vero tunc Scabini Ghiſo barſwiſch, henninghus holthuſen, hinricus oſterborch, henninghus grothe, Arnoldus ſtorcow, Stephanus ſutor et Arnoldus Proueſt. Et hii fuerunt teſtes et ſunt ad preſcripta Thidekinus haſenbalch, Judex in premiſſis, et deghenardus Cannenberch, prefectus dicte ville, qui habuit in dicta villa Jus ſupremum cum ſuis villanis, necnon zabellus de Bryceke et hinricus Bernardi fratres. Et nos Johannes prepoſitus in Arneſſe et Prioriſſa ibidem in maiorem certitudinem omnium premiſſorum huic littere noſtri conuentus Sigillum iuſſimus ſubappendi. Datum Anno domini M°. CCC°. Quinquageſimo primo, ipſo die beati ſtephani prothomartiris glorioſi.

XCIII. Der Rath zu Lüneburg bekundet das Recht des Kloſters Arendſee auf einen Antheil an der Saline, am 5. Mai 1355.

Nos Conſules Ciuitatis Luneborch, Johannes Beue, Hartwicus de ſalina, Hinricus Miles, Leonardus longus, Ditmarus de Molendino, Johannes Viſcule, Hinricus de arena, hartwicus de ſalina Junior, Albertus hoyke Senior, Johannes de pentze, Johannes Borchdorp, hartwicus abbenborch, Tenore preſencium publice proteſtamur, quod dudum retroactis temporibus Hinricus Bertrammi, faber ac vxor eius Mechtildis bone memorie, dum viuerent, dederunt et donauerunt Conuentui Monialium monaſterii in arneſſe pie dimidium chorum ſalis in ſalina luneborch quolibet flumine in domo Soderſtinge in ſartagine Wechpanne Jure perpetuo ad dextram manum ſita, cum itur in ipſam domum, percipiendum et tollendum. Itaque moniales dicti Conuentus in Arneſſe memorias perpetuas dictorum Hinrici et Mechtildis in eorum anniuerſariis deuote debent perhenniter obſeruare. Huius eciam dimidii chori ſalis poſſeſſionem dictus Conuentus monialium in Arneſſe in contradictorio Judicio optinuit ſecundum Jus ſalinare, domino hinrico Werder dictum dimidium chorum impetente. In cuius facti euidens teſtimonium Sigillum noſtrum preſentibus eſt appenſum. Datum Anno domini M°. CCC°. Quinquageſimo quinto, in die Beati Godehardi epiſcopi.

XCIV. Knappe Buſſo von Walſtove beſtätigt, daß ſein Vater ſeine Beſitzungen zu Sannem dem Kloſter Arendſee abgetreten, am 2. Februar 1358.

Ego Buſſo, famulus dictus de Walſtoue, filius Syfridi Junioris de Walſtoue pie memorie, pleno omnium meorum heredum conſenſu et amicorum recongnoſco et proteſtor et fidetenus promitto, quod infringere nolo litteras ſuper bona, que pater meus vendidit et dimiſit in villa zanneme prepoſito, Prioriſſe Totique Conuentui in Arnſe, videlicet Curiam, quam nunc relicta gherardi de bukow poſſidet, ſoluentem annis ſingulis in quolibet feſto Beati Martini epiſcopi et confeſſoris decem et octo modios ſiliginis in pachtu et decem denarios Brandenburgenſes in cenſu cum decima minuta et pullo fumali et cum omni Jure ſupremo et infimo infra ſepes, cum aduocacia et omni ſeruicio, quod fit cum curribus et equis. Quam quidem Curiam Sophya vxor vickonis Brukers pie memorie nomine vitalicio habuit et poſſedit. Preterea ego Buſſo vna cum meis veris heredibus veram warandiam facere volo in Curia et Bonis prenotatis Enghelberto prouiſori ſanctimonialium in Arnſe, prioriſſe totique conuentui Jure hereditario Juſto pheodo perpetuis temporibus poſſidendum, quemadmodum recongnoſco meis litteris patentibus et apertis. Teſtes ſunt aduocatus in Saltwedel hinricus voſtener, Godekinus hermanni, Dulle kerſten, hennike Neylinghe. In huius rei teſtimonium Sigillum meum vna cum Sigillo Buſſonis de Garthow et gherrardi famuli dicti de walſtoue preſentibus ſunt appenſa. Datum zaltwedel, Anno domini M°. CCC°. LVIII°., In die purificacionis marie virginis glorioſe.

XCV. Ablaßbrief eines biſchöflich Verdenſchen Generalvicars für das Kloſter Arendſee, vom 29. Juni 1358.

Frater lodewicus, dei et apoſtolice ſedis gracia Epiſcopus foyenſis, ex premiſſione et Commiſſione honorabilis viri domini Gherardi de Scowenburg per Ciuitatem et dyoceſim verdenſem in ſpiritualibus et temporalibus vicarii generalis in pontificalibus per eandem ciuitatem et dyoceſim vices gerens, religioſis puellis ſeu virginibus Prioriſſe ceteriſque ſororibus in Arneſſe ordinis ſancti Benedicti ſalutem in domino. Quia decens eſt, vt veſter patronus ſanctus Benedictus, ſub cuius regulis eſtis inſtitute, a vobis feruentius honoretur et ex hoc maior deuocio vobis et populo acquiratur, volumus et ordinamus, ut in feſto predicto omnes et ſingule ad ſacramentum eukariſtie ſumendum vos ſalubriter diſponatis, et ut fructum maiorem et uberiorem ex hoc acquiratis, cuilibet veſtrarum, que hoc feſtum ſecundum noſtram impoſicionem deuote peregerint, XL dierum indulgencias et vnam karenam auctoritate noſtra, Totidem ex ſpeciali commiſſione reuerendi in Criſto patris ac domini, domini Danielis, de omnipotentis dei miſericordia et beatorum apoſtolorum petri et pauli confiſi, miſericorditer relaxamus. Ad cuius firmiorem confirmacionem noſtri

ſigilli munimine preſencia fecimus Roborari. Datum Anno Domini Milleſimo trecenteſimo LVIII., in die Beatorum Petri et Pauli Apoſtolorum, in Arneſſe monaſterio prenotato.

XCVI. Die Knappen Gebrüder Crucemann treten dem Kloſter Arendſee einen Antheil am Gericht zu Sannem mit gewiſſen Hebungen ab, am 18. October 1358.

Omnibus preſencia viſuris vel audituris Henninghus et Buſſo fratres, dicti Krutzemann, famuli, Cupimus fore notum per preſentes lucide proteſtando, Nos vnanimi voluntate et pleno conſenſu noſtrorum heredum necnon omnium illorum, quorum conſenſus fuerant requirendi, rite et racionabiliter vendidiſſe ſpiritualibus perſonis, domino Enghelberto in Arnſe prepoſito, Alheydi prioriſſe totique conuentui ibidem, octauam partem Judicii ville zanneme cum Agris cultis et incultis, pratis, paſcuis, paludibus, lignis et rubetis, ac in curia prefecti ibidem tres modios ſiliginis, quinque quartalia auene ſoltwedelenſis menſure, et tres pullos pro quinque marcis argenti nobis plene perſolutis, quolibet feſto Beati Martini perpetuis temporibus infra muros Ciuitatis Soltwedel percipienda, nichil nobis aut noſtris ex eiſdem reſeruantes. Volumus eciam predictis, videlicet prepoſito et dominabus, eſſe vera warandia atque iuſta, donec proprietatem dictorum bonorum a principibus terre ſibi valeant procurare. Teſtes preſcriptorum ſunt Honorabiles viri Dominus Guntzelinus, noue ciuitatis zoltwedel plebanus, Godekinus, Thidekinus, dicti hern hermens, et Criſtianus de blekede. In horum omnium euidens teſtimonium ſigilla noſtra vna cum ſigillis henninghi de Schulenborch et Conradi Bodenſtede, Anno domini M°. CCC°. LVIII°., In die Beati luce ewangeliſte, preſentibus ſunt appenſa.

CXVII. Das Kloſter Arendſee verkauft Leibrenten aus ſeinen Beſitzungen an Conventualinnen, am 15. Auguſt 1360.

In nomine domini Amen. Ne ea, que geruntur in tempore, ſimul labantur temporis cum proceſſu, expedit, ea poni in linguis teſtium uel ſcripti memoria perhennari. Hinc eſt, quod nos Nycolaus prepoſitus, Alheydis prioriſſa totuſque conuentus ſanctimonialium monaſterii ſancti marie in Arneſſe Recongnoſcimus tenore preſencium et publice proteſtamur, quod cum conſenſu amicorum noſtrorum matura tamen deliberacione ſanioris conſilii prehabito vendidimus Alheydi et hyldegund, noſtris conſororibus, dictis ſvanen, dimidium chorum ſiliginis in villa ghentzin pro quinque marcis ſtendalgenſis argenti, In curia Johannis tylibbis, que prima habetur ad ſiniſtram manum, cum itur de Arneſſe in Ghentzyn, Singulis annis tempore pachtali tollendum

per tempora vite ipſarum vtrarumque pacifice poſſidendum, et altera earum vltima viuens eundem dimidium chorum ſiliginis temporibus quibus vixerit tantum percipiet et habebit. Nichil tamen in prefato dimidio choro ſiliginis, quamdiu prenominate ementes vel altera earum vixerint, nobis aut noſtro monaſterio nos recongnoſcimus reſeruaſſe. Sed ipſe dimidius chorus ſiliginis poſt obitum predictarum perſonarum ad monaſterium noſtrum interius rediit [ſic!] et ibi perpetuo manebit, de quo vero Prioriſſa, que eſt vel que fuerit, ſex modios tollet ac vendet et dominabus profeſſione ligatis, prout ſumma denariorum ſe extendet, pariter diſtribuet, Alii ſex modii [ſic!] ipſa prioriſſa, que eſt aut fuerit, vendet et pro reparacione luminum in bona quinta feria ſepulture domini integraliter in remedium omnium fidelium animarum erogabit. In cuius contractus euidenciam teſtimonii pleniorem ſigilla noſtra ex certa ſciencia ſunt preſentibus Appenſa. Datum Anno domini M°. CCC°. LX°., In die Aſſumpcionis marie. Teſtes huius ſunt Dominus henricus mowe, dominus hinricus de gladegow, Sacerdotes, noſtri perpetui prebendarii, Gherardus crughen, henneke neylinge, et alii plures fide digni.

XCVIII. Knappe Wichard von Bretzeke ſtattet ſeine Tochter mit Hebungen in Dewitz für das Kloſter Arendſee aus, am 21. Dezember 1361.

In nomine domini Amen. Cum propter varietatem temporis humane actiones plerumque ſoleant variari, neceſſe eſt, vt eedem commendentur poſteritati Suffragio litterarum. Hinc eſt, quod ego Wychardus famulus de Bretzeke Recongnoſco tenore preſencium, quod, quia honorabiles in Criſto deuote perſone Nycolaus prepoſitus, Alheydis prioriſſa et Conuentus monaſterii ſancte marie in Arneſſe propter deum meique ſeruiminis Intuitu margaretam filiam meam de communi conſenſu vnanimiter ſancto ſuo conſorcio aggregarunt, Ego autem deſideraui, hanc recepcionem in perſonam dicte filie mee canonice celebratam aliquo fructuoſo commodo compenſare, Cum conſenſu et conſilio omnium meorum heredum dedi et preſentibus litteris do donacione perpetua eidem monaſterio ac perſonis inibi domino famulantibus preſentibus et futuris In villa dewitze In Curia prefecti decem ſolidos Brandenburgenſium denariorum de equo pheodali, In Curia Betekini Octo modios ſiliginis, In curia Swartekopes Sex modios ſiliginis et quatuor pullos, In Curia heyne vochdes tercium dimidium modium ordei et duos pullos, In Curia Brunſwikes Alterum dimidium modium ordei, In curia Thide ghyſen ſex pullos, In Curia hermen heylen duos pullos, et In Curia parui Betekini quatuor pullos, et de Cenſu communi ville Sex ſolidos Brandenburgenſes ſingulis annis perpetuo in feſto Beati Martini epiſcopi et Confeſſoris, ſine aliqua contradictione a me vel a meis heredibus veris Seu ſucceſſoribus Jure pachtali ac hereditario libere recipiendum, Ita tamen, quod nichil Juris mihi aut meis heredibus reſeruo in eiſdem bonis. Promitto eciam perſonis dicti monaſterii et ſucceſſoribus earum veram warandiam predicti bonis [ſic!], prout ſolent bona de Jure warandi. Ne autem Prepoſitus et Prioriſſa vel Conuentus aut Succeſſores eorum aliquam Brigam ſeu Calumpniam paciantur in premiſſis, Preſentes litteras mei ſigilli appenſione feci communiri. Et nos Copkinus et Nycholaus, fratres dicti Wychardi,

promittimus vna cum omnibus noſtris veris heredibus per preſentes, predictam fratris noſtri donacionem firmam ac ratam inuiolabiliter obſeruare, et ad maiorem dicti contractus euidenciam et euidens teſtimonium Sigilla noſtra apud ſigillum fratris noſtri preſentibus duximus hiis apponenda. Teſtes huius ſunt dominus Conradus dictus de Buch prepoſitus in Sehuſen, Dominus hinricus plebanus in Oſterborch, Dominus Olze plebanus in Breceke, henric dictus de Roſſow, Buſſo de Neynwinkel, Conradus de Roſſow, famuli famoſi, et alii plures fide digni. Datum Bretzeke, Anno domini Milleſimo Tricenteſimo Sexageſimo primo, In die Beati Thome apoſtoli Glorioſi.

XCIX. Markgraf Otto vereignet dem Kloſter Arendſee das Dorf Gentzin, am 18. März 1365.

Nouerint Vniuerſi tenorem preſencium inſpecturi, Quod nos Otto, dei gracia Brandenburgenſis et Luſacie Marchio, Sacri Romani Imperii Archicamerarius, Comes palantinus Reni et Bauarie dux, Ob honorem et reuerenciam omnipotentis dei, glorioſe genitricis ſue virginis marie et omnium ſanctorum, necnon ob iugem ſeu perhennem magnificorum principum Marchionum Brandenburgenſium predeceſſorum noſtrorum pie recordacionis, noſtri, heredum ac ſucceſſorum noſtrorum animarum memoriam Religioſis et deodicatis virginibus, Prioriſſe totique conuentui ſanctimonialium monaſterii in Arnſſe ordinis ſancti Benedicti verdenſis dioceſis, dedimus, donamus, iuſto quoque proprietatis tytulo libere preſentibus donamus proprietatem ville Ghentzin, cum Jure patronatus eccleſie ibidem, cum ſupremo et infimo iudicio, cum nouem fruſtis reddituum annuorum reddituum in eadem villa ſitis, abſque precaria nobis ibidem reſeruata, cum pratis, paſcuis, lignis, aquis, aquarum decurſibus, paludibus et cum omnibus Juribus, graciis, commodis et honoribus ad dictam villam ex debito vel ex Jure pertinentibus, ſic quod dicta villa cum omnibus Juribus ſupradictis, quibus Strennuus vir fredericus de Garthowe fidelis noſter dilectus ipſam a nobis in pheodum habuit et poſſedit, a quo dictam villam ſua pecunia compararunt, ad predictas Prioriſſam totumque Conuentum monaſterii in Arnſſe predicti iuſto proprietatis tytulo debebit perpetuis temporibus pertinere et ſine impedimento quorumlibet percipere et perpetuo poſſidere, Renunciantes eciam pro nobis, heredibus et ſucceſſoribus noſtris omni Juri, Actioni et Impeticioni, quod vel que nobis in dicta villa competit aut competere poterit in futurum. In cuius rei teſtimonium ſigillum noſtrum preſentibus duximus apponendum. Preſentibus Nobilibus viris Johanne domino in kotbus, Reynoldo de Strel, Strennuiſque viris Petro de Bredowe, Martino de klintzendorp, militibus heinrico de Sculenborch et Guntzelino de Bertenſleue, cum ceteris pluribus fidedignis. Datum Soltwedel, Anno domini Milleſimo CCC°. LX quinto, feria tercia poſt dominicam, qua cantatur Oculi.

C. Friedrich von Garthow überläßt dem Kloſter Arendſee alle ſeine Rechte an Gentzin, am 4. Juni 1365.

In godes namen amen. Ik frederik, des Junghen frederikes ſone van der Gartow, deme god ghenedich ſy, Bekenne in deſſeme breue openbare allen kriſtenen luden, de deſſen Bref ſeen efte horen vnde betughe, dat ik mit vryen wylkore vnde mit vullenkomener vulbort myner rechten eruen hebbe vorkoft vnde ghelaten hern nycolaweſe, deme Proueſte, vorn alheyde, der priorinne, vnd deme meynen Conuente der kloſtervrowen to deme Arneſſe, ewychliken to beſittende dat dorp to der Ghentzin myt kerclene vnd mit alleme rechte, hogheſte vnd ſydeſte, an ſtraten, an weghen, an velde, an holte, an Bruke, an water, an wyſche vnd an weyde, alſo alſe it myne elderen alder vryeſt mik hebben gheeruet, Alſo dat ik ofte myne Erue nenerleye anwardinghe edder hopene nummermer dar to hebben vnd wyl em ok en ware weſen deſſes gudes vor allerleye anſprake, alſo me von rechtes weghene alſodane ghut ſcole waren. Vortmer ſcal ik deme vorſprokene Proueſte, pryorinne vnd deme Conuente dat ſelue ghut holden to truwer vnd to ghuder hant, alſo langhe wante ſy den eyghendom van den heren moghen erweruen, dat ik denne vp ſenden ſchole. Vppe dat deſſe kop ghantz vnd ſtede blyue van my vnd van mynen eruen, ſo hebbe ik frederik myn Ingheſegel ghehenghet an deſſen bref. Vnde to eyner groteren wyſheyt loue wy her Jan von der Gartow, en deken to ſtendal, her albern von Redern, en Riddere, hinrik van Roſſowe, Coppe van Brytzeke vnd mathias, arndes ſone von Jaghowe, knapen, alle deſſe vorbeſcreuenen wort ſtede vnd ghantz to holdene ane allerleye arghelift vnd to eyner betughinge ſo hebbe wy vnſe Ingheſeghele by frederikes Ingheſeghel ghehanghen an deſſen bref. Des ſint tughe Erbar lude Her Curd, Proueſt to zehuſen, her Jacob, Proueſt to kreueze, her hinrik von Gladegow vnd her Jacob van der loſſe, Perrer to der Ghentzin vnd darto vele guder lude. Deſſe bref is ghegheuen na godes bort duſent Jar, drehundert Jar, in deme feſtigheſten Jare, in des hilghen lychames daghe.

CI. Die von Jeetz überlaſſen dem Kloſter Arendſee alle ihre Beſitzungen zu Neulingen, am 23. Mai 1366.

Wy Hans, Cone, Hennig vnd Claus, Bruder, alle gheheyten van Gedze vnd vſe rechte eruen, Bekennen openbar vnder vſen ingheſeghelen in deſſem breue, dat wy hebben vercoft to eneme rechten kope mit vſeme guden wyllen vnd vſer rechten eruen, Her ludeghe vame kampe, dem proueſte, vnd alheydi van wſtreue, der priorinne vnd vortmer deme meynen Conuente to dem arntze achte wiſpel Rocghen gheldes vnd twe mark ſtendalſchen ſuluers vnd achte ſchillinghe ſoltwedelſcher penninghe van ſeſs houenen van dren cotſeten in deme dorpe to neylinghe. Dar to hebbe wy en ghelaten mit ghuden willen dat verde del van den kerclene. Dit gud hebbe wy vorlaten mit allerleye rechte, alſo vſe vader vs dat gheeruet heft an velde, an

marcke, an holte, an weyden wo wy dat ghehat hebben vnd ſcolen vs io dat ſtucke ghelden vor achte mark ſtendalſchen ſuluers: vnd wy vnd vſe rechten eruen ſcolen vnd wyllen des kopes vnd des ghudes en rechte ware weſen wor vnd wannne ſe des bedoruen vnd ſcolen ſe entledeghen van allerleye rechter anſprake bynnen vyrteyn nachten, wenne wy dar vmme manet werden, dat loue wy vor vs vnd vor vſe rechten eruen vnd vſe eruen mit vs mit ener ſamenden hant in deſſem bryue hern ludegen vamme kampe, deme proueſte eder wy dar Proueſt wer, vnd der Priorynne, dar to dem meyne Conuente vnd deme dy deſſen Bryf heft van der Conuentes weghen. Vnd wy vorbenomeden van Gedze ſcolen vnd wyllen en dat gud beholden to gude in leneſchen wern alſo langhe, wanne ſe dat van vs eſchen, vnd ſe dar nene not mer vmme lyden ſcolen. Weret, dat vſer welk af ghinghe binnen deſſer tyd, ſo ſcolde wy andern de ſo leuendich bleuen alſo gud enen in de ſtede ſetten bynnen vyrteyn nachten, wenne wy darvmme manet werden van des Conuentes weghen, de vs like louede, dede vnd hylde, alſo wy in deſſem briue louet hebben. Weret, dat wy vnd vſe rechten eruen des nicht en deden, watte ſcaden des de vruwen vnd dat godeshus nemen, den ſcolde wy draghen vnd liden vnd vſe eruen ſunder allerleye hulperede vnd wedderſprake. Dat loue wy en truwen to holdende mit ener ſamenden hant ane ghenigherleye arghelift den wy hir vorghelouet hebben. Tughe deſſer dingh ſynt albert van aluenſleue vnd hinrik van Ronſtede. Deſſe bref de is ghegheuen na godes bort drutteynhundert Jar, in deme ſeſs vnd ſeſteghеſten Jare, in deme hilghen auende to pingheſten.

CII. Markgraf Otto wendet dem Kloſter Arendſee Hebungen aus der Bede zu Kaulitz zu, am 29. Juni 1367.

Nouerint vniuerſi tenorem preſencium inſpecturi, Quod Nos Otto, dei gracia Brandenburgenſis Marchio et Luſacie, Sacri Romani Imperii Archicamerarius, Comes Palatinus Reni et Bauarie dux, ob laudem et honorem omnipotentis dei, glorioſe matris Sue virginis Marie et omnium ſanctorum, Eciam ob iugemque perhennem Magnificorum principum Marchionum Brandenburgenſium predeceſſorum noſtrorum pie recordacionis, noſtri, heredum ac Succeſſorum noſtrorum animarum memoriam, donauimus, appropriauimus, donamus et ſollempni donacione appropriamus Religioſis ac deodicatis virginibus, Prioriſſe totique Conuentui monaſterii in Arneſſe deuotis noſtris dilectis ordinis ſancti Benedicti Verdenſis dyoceſis quinque talenta et quindecim denarios Brandenburgenſes reddituum annuorum in precaria ville dicte Coulitz, videlicet ſingulis annis in feſto ſancti Martini epiſcopi tria talenta et nouem denarios Brandenburgenſes et in feſto ſancte Walburgis duo talenta et ſex denarios Brandenburgenſes, eciam ſingulis annis in eadem precaria in feſto ſancti Martini viginti modios ſiliginis et vnum quartale, viginti modios ordei et vnum quartale et viginti modios auene et vnum quartale, ad predictas Prioriſſam et Conuentum, que nunc ſunt et pro tempore fuerint, cum omnibus Juribus, graciis, commodis, fructibus, perpetuis temporibus Juſto proprietatis tytulo quiete et pacifice et ſine impedimento quorumlibet pertinendum, et ſine impeticione noſtri, heredum ac ſucceſſorum noſtrorum quorumcunque poſſidendum, Renun-

ciantes pro nobis, heredibus et ſucceſſoribus noſtris omni Juri, Actioni ſeu impeticioni, quod vel que nobis in dictis Redditibus competit aut competere poterit aliqualiter in futurum. In cuius Rei teſtimonium Sigillum noſtrum preſentibus duximus appendendum. Preſentibus Nobilibus viris Gunthero Comite de Swartzburg Domino in Arnſtete, frederico comite de Orlemunde, ac Strennuis viris Petro de Trutenberg milite, Cuntzone de Sliuen, Curie noſtre magiſtro, Gebhardo de Aluenſleuen, cum ceteris pluribus fide dignis. Datum Tangermunde, Anno domini M°. CCC°. Sexageſimo ſeptimo, die beatorum Petri et Pauli apoſtolorum.

CIII. Das Kloſter Arendſee verkauft Conventualinnen Leibrenten, die nach ihrem Tode für die Kleidung der Nonnen verwandt werden ſollen, am 25. Juli 1367.

In nomine domini Amen. Vt ea, que geruntur in tempore, non ſimul cum tempore dilabantur, neceſſe eſt, vt ea, ſi firmam debeant habere memoriam, in ſcriptis autenticis ac ydoneorum conſeracione teſtium robur accipiant perpetue firmitatis. Hinc eſt, quod nos Ludgerus de kampe, prepoſitus ſancte marie in Arneſſe, Alheydis de Wuſtreue, Prioriſſa, vna cum conſenſu tocius Conuentus ibidem vniuerſis ac ſingulis hanc paginam viſuris ſeu audituris cupimus fore notum publice preſentibus proteſtando, Quod matura deliberacione ac vnanimi conſenſu vendidimus et per preſentes vendimus Religioſis perſonis hillegundi necnon Alheydi, que congnomine dicuntur Swanen, Monialibus noſtri Conuentus, vnam dimidiam marcam argenti temporibus vite ſue annuatim in feſto Martini Epiſcopi et Confeſſoris in Curia Johannis de Roſſowe in villa Neylinge tollendam pro quatuor marcis cum dimidia marca. Quando vero predicte perſone ambe vitam finierint vel ex hoc mundo deceſſerint, tunc predicta dimidia marca argenti pro calceis et veſtimentis comparandis perpetuis temporibus permanebit, et Prioriſſa ipſius Conuentus predictam dimidiam marcam tollere debet et in predictum vſum cum fidelitate conuertat, necnon Prepoſitus noſtri conuentus, necnon aliquis ex parte noſtri conuentus infringere debet nec poteſt vllo modo. Vel ſi aliquis prepoſitus temerarie infringere intendit vel facit, ipſo facto matura ſua deliberacione ſe ingerit ſententiam excommunicacionis abſque vllo impedimento. Actum et datum Anno domini M°. CCC°. LXVII°., in die Jacobi apoſtoli.

CIV. Die von Jeetz entſagen allen Anſprüchen auf Neulingen zu Gunſten des Kloſters Arendſee, am 6. Auguſt 1367.

Wy Hans vnd Claus vnd Kone, Broder, gheheten van yetze, bekennen openbare vnder vſen Ingheſeghelen, dat her Ludeger vanme kampe, Proueſt to der arneſſe, heft be-

talet vſeme brodere hanſe, henninghes kinde, des hans vſe Broder eyn vormunder is, van des godeſhuſes weghene to dem arneſſe alle dat, dat ſe hadden an deme dorpe to Neynlinghe, ghenſliken vnd albetalet vnd ghulden heft, vnd dat godeſhus en ſcal neyne not liden van orer weghene oder anſprake. Dat loue wy Broder vnd vſe eruen hir vorbenomet en truwen myd eyner ſamenden hant in deſſeme bryue dem Proueſte vnd deme meynen Conuente to dem Arneſſe oder deme, de deſſen bref van erer weghene heft. Deſſe bref de is ghegheuen na godes bort drutteyn-hundert Jar in deme ſeuen vnd Seſtegheſten Jare, in Sunte Syxten daghe.

CV. Das Kloſter Arendſee verkauft an Conventualinnen Leibrenten, die nach ihrem Tode für die Kleidung der Nonnen verwändt werden ſollen, am 10. Auguſt 1367.

In nomine domini Amen. Vt ea, que geruntur in tempore, non cum tempore dilabantur, neceſſe eſt, vt ea, ſi firmam debeant habere memoriam, in ſcriptis autenticis aut ydoneorum inſeracione teſtium robur accipiant perpetue firmitatis. Hinc eſt, quod nos Ludgerus de campe, prepoſitus ſancte marie in Arneſſe, Alheidis de Wuſtreue, Prioriſſa, vna cum conſenſu tocius conuentus ibidem vniuerſis ac ſingulis hanc paginam viſuris ſeu audituris cupimus fore notum publice preſentibus proteſtando, quod matura deliberacione ac vnanimi conſenſu vendidimus et per preſentes vendimus Religioſis perſonis Elizabeth de yetze necnon margarete ſcherers monialibus noſtri conuentus, vnam dimidiam marcam Argenti temporibus vite ſue annuatim in feſto Martini epiſcopi et confeſſoris in curia prefecti in villa neylinge tollendam pro quatuor marcis cum dimidia. Quando vero predicte perſone Ambe vitam finierint vel ex mundo deceſſerint, tunc predicta dimidia marca Argenti pro calceis et veſtimentis comparandis perpetuis temporibus permanebit, et prioriſſa ipſius conuentus predictam dimidiam marcam tollere debet et in predictum vſum cum fidelitate conuertat. necnon prepoſitus noſtri conuentus, necnon aliquis ex parte noſtri conuentus infringere debet nec poteſt vllo modo. Vel ſi aliquis prepoſitus temerarie infringere intendit vel facit, ipſo facto matura ſua deliberacione ſe ingerit ſentenciam excommunicacionis abſque vllo impedimento. Actum et datum Anno domini M°. CCC°. LXVII°., in die Laurencii.

CVI. Das Kloſter Arendſee verkauft Conventualinnen Leibrenten, die nach ihrem Tode für die Kleidung der Nonnen verwandt werden ſollen, am 26. Dezember 1367.

In nomine domini Amen. Vt ea, que geruntur in tempore, non cum tempore dilabantur, neceſſe eſt, vt ea, ſi firmam debeant habere memoriam, in ſcriptis autenticis aut ydoneorum inſeracione

teſtium robur accipiant perpetue firmitatis. Hinc eſt, quod nos Ludgerus de campe, prepoſitus ſancte marie in Arneſſe, Alheydis de Wuſtreue, Prioriſſa, vna cum conſenſu tocius conuentus ibidem vniuerſis et ſingulis hanc paginam viſuris ſeu audituris cupimus fore notum publice preſentibus proteſtando, quod matura deliberacione ac vnanimi conſenſu vendidimus et per preſentes vendimus Religioſis perſonis Alheydi de bretzeke necnon heylewigi de thuriſſe, monialibus noſtri conuentus, vnam dimidiam marcam argenti temporibus vite ſue annuatim in feſto Martini epiſcopi et confeſſoris In curia prefecti in villa neylinge tollendam pro quatuor marcis cum dimidia. Quando vero predicte perſone ambe vitam finierint vel ex hoc mundo deceſſerint, tunc predicta dimidia marca argenti pro calceis et veſtimentis comparandis perpetuis temporibus permanebit, et prioriſſa ipſius conuentus predictam dimidiam marcam tollere debet et in predictum vſum cum fidelitate conuertat, necnon prepoſitus noſtri conuentus, necnon aliquis ex parte noſtri conuentus infringere debet nec poteſt vllo modo. vel ſi aliquis prepoſitus temerarie infringere intendit vel facit, ipſo facto matura ſua deliberacione ſe ingerit ſententiam excommunicacionis abſque vllo impedimento. Actum et datum Anno domini M°. CCC°. LXVII°., in die beati ſtephani.

CVII. Das Kloſter Arendſee bekundet die Gedächtnißſtiftung Arnold's von Roſſow, am 2. April 1368.

In nomine domini Amen. Vt ea, que geruntur in tempore, non cum tempore dilabantur, neceſſe eſt, vt ea, ſi firmam debeant habere memoriam, in ſcriptis autenticis aut ydoneorum inſeracione teſtium Robur accipiant perpetue firmitatis. Hinc eſt, quod nos Ludgerus de campe, prepoſitus ſancte marie in Arneſſe, Alheydis de Wuſtreue, Prioriſſa, vna cum conſenſu tocius conuentus ibidem vniuerſis ac ſingulis hanc paginam viſuris ſeu audituris cupimus fore notum publice preſentibus proteſtando, quod matura deliberacione ac vnanimi conſenſu vendidimus et per preſentes vendimus Honeſte perſone Berthe, relicte arnoldi de Roſſowe pie memorie, necnon Religioſis perſonis Berthe, filie predicti Arnoldi, et Alheydi de Wuſtreue, tunc temporis prioriſſe, Monialibus noſtri conuentus, vnam marcam Argenti Annuatim in feſto Walburgis in precaria cowlitzen tollendam pro octo marcis. Poſt obitum vero dictarum perſonarum tunc noſter conuentus bis in Anno Arnoldi de Roſſowe, Berthe ſue vxoris et eorum hereditatem ſequentium anniuerſaria perpetuis temporibus peragentur, ipſi dies Anniuerſariorum ad kalendarium Ad placitum dicte perſone Berthe de Roſſowe noſtri conuentus conſcribuntur, et ipſam marcam prenominatam pro calceis et veſtimentis comparandis prioriſſa noſtri conuentus tollere debet et in predictum vſum cum fidelitate conuertat. Actum et datum anno domini M°. CCC°. LXVIII°., in die Palmarum.

CVIII. Markgraf Otto ſchenkt dem Kloſter Arendſee eine Hebung in Neulingen, am 28. Auguſt 1368.

Nos Otto, dei gracia Brandenburgenſis Marchio, Sacri Romani Imperii Archicamerarius, Comes Palantinus Reni Et Bauarie dux, Recongnoſcimus publice per preſentes, quod, prehabito fidelium noſtrorum maturo conſilio, Ob laudem et honorem omnipotentis dei genitriciſque ſue glorioſiſſime virginis Marie, et noſtre, predeceſſorum atque ſucceſſorum noſtrorum marchionum Brandenburgenſium animarum ſalutare remedium, necnon ob diuini cultus augmentum, ac eciam ad inſtanciam Strennui viri Bernhardi de Schulenborch, Coquine noſtre magiſtri, fidelis dilecti, dedimus atque donauimus, damus et per preſentes ſolempni donacione donamus Religioſis et deuotis Prioriſſe Totique Conuentui Sanctimonialium Monaſterii in Arneſſe Ordinis ſancti Benedicti verdenſis dyoceſis Et monaſterio Supradicto proprietatem bonorum infraſcriptorum, Videlicet in villa Neylinghe de manſis et Curia Sculten vnam maream argenti Brandenburgenſis pro vno equo pheodali, Et quatuordecim Choros ſiliginis reddituum annuorum in eadem villa cum Judicio Infimo et ſupremo, Cum omnibus Juribus, commodis, honoribus, conſuetudinibus et pertinenciis quibuscunque, quocunque eciam nomine nuncupentur, Sicut Strennui viri Vicko, Daniel, Conradus et nycolaus, dicti de Getz hactenus habuerunt et poſſederunt in pheodum, Ex nunc in antea Juſto proprietatis tytulo Ad vſum et vtilitatem Sanctimonialium et monaſterii predictorum pacifice et quiete perpetue pertinendos, Subſidiis et ſeruiciis pro communi terrarum noſtrarum defenſione Atque cuſtodia neceſſariis ſeu eciam oportunis duntaxat exceptis et in predicta villa nobis, heredibus et ſucceſſoribus noſtris ſpecialiter reſeruatis, Renunciantes pro nobis, heredibus et ſucceſſoribus noſtris Alias in predictis bonis et redditibus omni Juri, actioni et Impeticioni, quod vel que nobis competere poterit ſeu competere poterit aliqualiter in futurum. In Cuius Rei teſtimonium Sigillum noſtrum preſentibus eſt appenſum. Preſentibus Reuerendis in Criſto patribus Petro et Theoderico lubucenſis et Brandenburgenſis Eccleſiarum Epiſcopis, Alberto Comite de lindowe, Et Strennuis viris Johanne de Rochowe milite, Guntzlino de Bertinſleuen, Nycolao de Byſmarke, Gheuehardo de Aluenſleuen, Et ottone mörner, Cum ceteris pluribus fidedignis. Datum Berlin, Anno domini M°. CCC°. Sexageſimo octauo, feria ſecunda ante omnium ſanctorum.

CIX. Propſt Ludger bekundet die Stiftung der Gedächtnißfeier Arnd's von Roſſow bei dem Kloſter Arendſee, am 13. Dezember 1368.

Ik her Ludegher vamme campe bekenne openbar vnder der Proueſtye Ingheſeghel to der arneſſe vnde vnder mynem jngheſeghele, dat ick hebbe ghegheuen den vruwen to der arneſſe bynnen yn dat kloſter de bede imme dorpe to coweliſſe, dy ik ſuluen hebbe ghecoft, de ſcholen ſy hebben to hulpe erer cleder vnde erer ſchue alle jar twiges vp to borende to ſunte

Mertens daghe vnde to ſunte walburgis daghe. Daraf ſo ſcholen ſy twige imme Jare, wen ſy dat vp boren, dechtniſſe began mit vigilien vnde myt ſylemiſſen enes Arndes van Roſſowe vnde ver Berthen, ſyner huſvruwen vnde Arndes, ſynes zones. Weret, dat ſy des nicht en deden, ſo ſcholde ere proueſt dar buten dy bede vpnemen. Weret ok, dat ere proueſt en der bede dar binnen nicht gunnen en wolde, zo ſcolde zy vallen in dat kloſter to dambeke. To ener grothern betughinge ſo hebben her hinrik van owdorpe vnde her hinrik van hattorpe, beyde proueſte, ere jngheſeghele mit minem ghehenghet an deſſen bref, dy ghegheuen is na godes bort drutteynhundert jar, in deme acht vnde ſeſtegheſten Jahre, in deme daghe ſunte Lucien der hilghen juncvrowen.

CX. Die von Dannenberg überlaſſen dem Kloſter Arendſee wiederkäuflich einen Hof zu Lückſtedt, am 31. März 1377.

Nobili viro et honeſto, domino Henrico, Comiti in luchowe, Albertus prepoſitus, Johannes prior, Totuſque Conuentus fratrum Regularium Eccleſie Sancti ſpiritus extra muros Saltwedele ſalutem et pacem in domino ſempiternam. Deuotionem, quam ad nos et Eccleſiam noſtram geritis ob dei reuerenciam, vt accepimus, affectu ſincere caritatis acceptantes, chriſtoque non immerito acceptabile fore credentes piis ipſam beneficiorum ſpiritualium viciſſitudinibus compenſare volentes, vos ad vniuerſa et ſingula noſtre Eccleſie ſuffragia, tam in morte recipimus quam in vita, plenam vobis bonorum omnium participationem, tenore preſencium concedimus, que per nos noſtroſque ſucceſſores operari dignabitur clemencia ſaluatoris. Datum Anno domini M°. CCC°. IIII°., Sexto Idus Marcii.

XXXII. Gebhard vom Berge, Ritter, bekundet den Verkauf des Dorfes Hildenſem mit dem Patronat der Kirche daſelbſt an das Kloſter Diesdorf, am 24. März 1303.

In nomine domini Amen. Omnibus hoc ſcriptum viſuris ſiue audituris in perpetuum. Gheuehardus de monte, miles, Berta, uxor eius, Seghebandus filius gheuehardi militis iam predicti — volumus — ſcire vniuerſos et ſingulos, quod nos, volentibus omnibus noſtris heredibus et bona conſentientibus voluntate, rite et rationabiliter, vendidimus diſcreto viro Aluerico prepoſito, yde prioriſſe Totique conuentui Monaſterii in Diſtorp totalem villam, Hildenſem dictam, cum omni iure et proprietate, videlicet Aduocacia, quoad iudicium maius et minus, cum iure patronatus eccleſie eiuſdem ville, decima, campis, agris, cultis et incultis, viis, inuiis, nemoribus, rubetis, paſchuis, pratis, Aquis, piſcariis et cum omnibus terminis, quibus ipſam villam habuimus et poſſedimus ab antiquo. Excipimus tamen hinc domini Marchionis . . . . . Domum et Curiam verſus occidentem cui adherent quatuor manſi, quam olim inhabitabat Johannes, miles, dictus balch, que ſemper fuit, eſt et erit ab onere peticionis exactionis penitus ſegregata et exempta. Si uero aliquis principum vel hominum plus iuris ſe forſitan habere diceret in ipſa villa, hoc totum a feſto paſche nunc futuro hincinde infra annum et diem tenebimur Domino prepoſito et ſuo monaſterio diſbrigare. Quod ſi non faceremus, ex tunc cum noſtris compromiſſoribus Militibus et famulis infraſcriptis, qui vna nobiſcum pro warandia ville promiſerunt, tali ſcilicet, quo pro bonis, dictis lantervegvt obſeruari ſolet, Ciuitatem vlſen intrabimus ad iacendum, non inde exituri, niſi predicta villa ab vniuerſis et ſingulis inpetitionibus et inpedimentis ſit totaliter diſbrigata. Preterea litteras principum procurabimus patentes ſuper proprietate huius ville, prout Domino prepoſito et ſuo monaſterio dinoſcuntur . . . . . Super hiis omnibus et ſingulis integraliter obſeruandis, Nos gheuehardus, miles, de Monte prenotatus Et filius noſter Seghebandus famulus, primo, Et nos Heynricus de Monte, Henricus de Serkem, Ottho rone, Fredericus frater eius, dictus baruoth, Conradus de Eſtorp, Milites, Waſmodus kint, Seghebandus filius Thiderici militis de monte bone memorie, Seghebandus ſeghebandi filius de monte, Echardus de boyceneborch, Euerardus de . . . . . oden, famuli pro ipſis et cum ipſis domino prepoſito ad manus ſuas et ſui monaſterii Conrado de Boldenſele, Paridamo de knefbeke et Hinrico Ribe, militibus, Necnon et nobili viro comiti de Lvchowe, in hiis ſcriptis, quouſque ſui copiam habere poſſimus, ſimul et ſinguli in ſolidum promiſimus, fide ſuper hoc preſtita manuali. Si quis vero, quod abſit, ex noſtris moreretur compromiſſoribus, nos Gheuehardus vel noſter filius Seghebandus cum aliis noſtris compromiſſoribus ſex . . . . . infra menſem iterum ingrediemur, non exgreſſuri, niſi prius ponamus alium equedignum et ydoneum loco ſui. Eſt quoque adiectum vt litteris ſuper proprietate et libertate iam dicte ville a dominis principibus domino prepoſito et ſuo Monaſterio procuratis et perſeueratis et tempore noſtre warandie completo erimus omnes et ſinguli a promiſſionibus nunc factis liberi et ſoluti. In premiſſorum omnium obſeruantiam plenariam et perpetuum teſtimonium preſens ſcriptum domino prepoſito, qui nunc eſt et qui fuerit pro tempore, et ſuo Monaſterio Diſtorp noſtris ſigillis dedimus inſignitum. Datum Lvneburch, Anno Domini Milleſimo Trecenteſimo Tercio, Dominica qua cantatur Jvdica me Deus.

In dem Original iſt an ſehr vielen Stellen die Dinte völlig erloſchen.

XXXIII. Das Kloſter Diesdorf bekundet, daß Margarethe, Tochter Balduins v. d. Kueſebeck, ihm zwei Wiſpel Kornrente Zeit ihres Lebens abgekauft habe; von einem Wiſpel iſt nach ihrem Tode ihr und von dem andern Balduins Jahrgedächtniß zu begehen, am 25. Januar 1304.

Nos Aluericus, dei gracia prepoſitus, Ida prioriſſa, totuſque conuentus monialium Eccleſie Diſtorpe recognoſcimus publice proteſtando, Quod Domina Margareta, venerabilis matrona, relicta domini Boldewini dicti de kneſbeke felicis memorie, comparauit ab Eccleſia noſtra Diſtorpe duos choros ſiliginis ad tempora vite ſue ſingulis annis eidem in octaua beati martini Epiſcopi, aut in Ciuitate ſaltwedel uel in villa noſtra Diſtorpe in vno locorum predictorum, vbi voluerit preſentandos, poſt cuius vero deceſſum Conuentui predicte noſtre Eccleſie facienda eſt conſolatio refectiua de vno choro predictorum duorum in quolibet Anniuerſario Domini Boldewini memorati eternaliter perduranda, Similiter de altero choro ſiliginis facienda refectiua conſolatio in ſingulis anniuerſariis domine memorate noſtro conuentui anteſato, vt tam eiuſdem domini Boldewini quam ſue relicte nominate in ſingulis eorundem anniuerſariis amborum memoria, dicto noſtro a conuentu, eo ſtudioſius atque deuotius peragetur. Domini vero Boldewini anniuerſarius eſt Idus marcii VII. annis ſingulis peragendus, ſed domine Margarete anniuerſarius erit in die ſui obitus celebrandus. In cuius rei teſtimonium euidens preſens ſcriptum deſuper editum noſtrorum munimine Sigillorum duximus roborandum. Teſtes autem premiſſorum ſunt Dominus Jordanus de Hiddeſaker, Dominus waſmodus, Dominus paridam, dicti de kneſbeke, Thidericus et Bernardus filii domini werneri de ſculenborch et alii quam plurimi fide digni. Datum in Diſtorpe, Anno domini M°. CCC°. IIII°., VIII°. Kalendas februarii.

XXXIV. Friedrich, Biſchof von Verden, ſichert denen, die den Kirchhof zu Diesdorf beſuchen und für die Seelen der Verſtorbenen daſelbſt beten, einen Ablaß zu, am 6. März 1304.

Fredericus, dei gracia verdenſis Eccleſie Epiſcopus, Vniuerſis chriſti fidelibus preſens ſcriptum viſuris vel audituris, ſalutem in virginis filio crucifixo. Sollicitudo paſtoralis officii nos ammonet, hortatur crebrius et inducit, vt de ſalute fidelium ſemper ſimus ſolliciti et intenti. Hinc eſt, quod omnibus vere penitentibus et confeſſis, qui cimiterium beate virginis et beati Johannis ewangeliſte in diſtorpe, tam in clauſtro quam extra clauſtrum circuierint, et in circumeundo orationes ſuas in memoriam omnium fidelium defunctorum humiliter effuderint, horis vacantibus ſcilicet, quibus diuinus cultus nullatenus minuatur, ſemel in die, quadraginta dies, auctoritate dei omnipotentis et apoſtolorum eius petri et pauli, de iniuncta ſibi penitentia miſericorditer relaxamus. Datum diſtorpe, Anno domini M°. CCC°. Quarto, pridie Nonas Marcii.

XXXV. Erich und Johann Crucemann, Gebrüder, überlaſſen dem Markgrafen Hermann Kornrenten aus Henningen für die Bede von Beſitzungen in Ellenberg, die ſie dem Kloſter Diesdorf verkauft haben, am 12. April 1304.

Nouerint chriſti fideles vniuerſi preſentem paginam inſpecturi, Quod noſ Ericuſ et Johannes fratres dicti cruceman, dimiſimus domino noſtro Marchioni Hermanno principi glorioſo, dimidium chorum in annuis redditibus in bonis noſtris Henninge, pro quo relaxauit dictus noſter Dominus precariam, que dari ſolebat de bonis in Ellenberge, que vendidimus Eccleſie et Conuentui in Diſtorpe, ſcilicet II choros, Quod dominus Borchardus, de Bertenſleue dictus, aduocatus in Saltwedel, vna nobiscum proteſtatur nos feciſſe, ſicut patet in Sigillo ſuo, quod eſt cum noſtris ſigillis appoſitum preſentibus et annexum in teſtimonium veritatis. Datum anno domini M°. CCC°. IIII°., Die dominica ante Tyburcii.

XXXVI. Graf Heinrich von Lüchow giebt dem Kloſter Diesdorf zwei Wenden in Sterle für Beſitzungen in Lewitz, am 27. Auguſt 1304.

Heynricus, dei gracia comeſ de luchowe, omnibus preſentem paginam uiſuris et audituris ſalutem in domino ſempiternam. Nouerint tam moderni quam poſteri, quod noſ eccleſie et monialibus in Diſtorp tradidimus duoſ ſlauos in villa ſterle cum omni iure et proprietate in concambium bonorum, que in villa lewize actenuſ poſſederunt. Vt autem hec ordinatio noſtra ſtabilis permaneat et firma, preſens ſcriptum ſigilli noſtri robore ſolidamus. Teſtes huius rei ſunt: Dominuſ Johannes prepoſitus in Luchowe, Dominus Hugo prepoſitus in ſnege, Dominuſ Johannes gans, plebanus in hiddeſakere, Dominuſ Heinricus et dominuſ olricus zabelli fratres et alii quam plures fide digni. Datum et actum in Luchowe, Anno domini M°. CCC°. IIII., in vigilia ſancti Auguſtini.

XXXVII. Burchard von Walſtave ſchenkt dem Kloſter Diesdorf den Zehnten zu Deutſch-Dolslegen, am 25. Mai 1306.

Quum naturalis rationis informat equitas, vt benignitatis obſequia benignioribus reconpenſatiuis muneribus reconpenſentur, Hinc eſt, quod ego Borchardus, dictus de walſtoue, Miles, affectus benignos ſanctimonialium monaſterii in Diſtorp, que meam filiam diuine pietatis intuitu

in ſuum Collegium corporaliter receperunt, affectuoſius ponderans, cupiensque ipſarum officio gracioſo gracioſius reſpondere, decimam majorem ac minutam in campo et in villa que dicitur Dhudeſchen Dulflege, provt et in quantum fratribus et michi ibidem hactenus competebat, eidem monaſterio libere confero, proprietatis titulo poſſidendam, eorundem fratrum meorum conſenſu in preſenti liberius accedente. In cuius euidenciam in futurum ſigillum meum et fratrum meorum domini Sifridi et domini Conradi necnon et conſanguineorum meorum de ſculenborch, preſentibus ſunt appenſa. Datum Anno domini Milleſimo trecenteſimo ſexto, in die, vrbani Martiris in walſtawe.

XXXVIII. Friedrich, Biſchof von Verden, verträgt die Pröpſte zu Diesdorf und Döhre wegen des Patronats der Capelle zu Ellenberg, am 8. Juni 1306.

Nos Fredericus, dei gracia verdenſis Eccleſie Epiſcopus, diſſenſionem ſuper iure patronatus Capelle in Ellenberge, inter venerabiles viros de diſthorpe et dore prepoſitos habitam, per amicabilem compoſitionem ſedauimus hoc modo, quod hermannus, prepoſitus de dore, dictam capellam a prepoſito in diſthorpe teneat, ſed eo cedente vel decedente, prepoſitus in diſthorpe, qui fuerit pro tempore, perſonam preſentandi pro ſua voluntate ydoneam, ad memoratam Capellam liberam habeat facultatem, Jure prepoſito de dore ſepedicto in ſuo robore firmiter permanente. Datum verde, Anno domini M°. CCC°. Sexto, Sexto ydus Junii.

XXXIX. Henning und Erich Crucemann verkaufen vier Wiſpel Kornrente aus Ellenberg an das Kloſter Diesdorf, am 19. Juni 1306.

Nos Hennigus et Ericus . . . . . dicti cruceman, in noticiam vniuerſorum chriſti fidelium, ad quos preſens ſcriptum peruenerit, volumus deu(en)ire, nos libero cum (conſil)io et deliberatione bona prehabita vendidiſſe domino Aluerico prepoſito venerabilis Monaſterii et conuentus ſanctimonialium in Diſtorp ad vſum eiuſdem eccleſie et conuentus quatuor choros Siliginis in annuis redditibus in villa Ellenberghe ſitos cum omni iure et pro(prietate) . . . . precaria et ſine angaria cuiuſlibet impetitionis, aduocacia ſolummodo excepta, perpetuo libere poſſidendos. Hui(us rei teſtes) ſunt Dominus Hennigus de Chartowe et dominus bernardus de ſchulenborch, milites, Otto de dannoberghe, Bodo de . . . . . we et heynricus filius domini henningi predicti militis de Chartowe, famuli, et alii quam plures fide digni etc. — Datum et actum ſaltwedel, anno domini M°. CCC°. VI°. in die Geruaſii et prothaſii.

Das Original iſt ſehr beſchädigt und die Abſchrift daher nicht vollſtändig.

XL. Markgraf Hermann übergiebt dem Kloſter Diesdorf die Kirche zu Rehfeld, am 27. Mai 1307.

In nomine domini Amen. Vt ea, que aguntur in tempore, ſimul ſub temporis decurſibus non labantur, neque obliuionis matri, que plerumque errorem inducit, malignandi oportunitas prebeatur; cautum eſt, vt Scripturarum et teſtium legitimis roborentur documentis. Eapropter Nos Hermannus, dei gracia Marchio Brandenburgenſis, tenore preſentium vniuerſis ac ſingulis, quibus preſens ſcriptum fuerit exhibitum, recongnoſcimus publice proteſtantes, quod Proprietatem, que nobis in Eccleſia ſiue in bonis Eccleſie in Reuelde competere noſcebatur, cuius quidem Eccleſie Preſentacio ad fratres, ſcilicet Heinricum et Bertholdum, dictos de Reuelde, ſpectare noſcitur, dedimus, donauimus, damus, donamus et aſſignamus Monaſterio in Diſtorpp, perpetuis temporibus iuſto proprietatis titulo et cum omni vtilitate tituli proprietatis, prout nos habuimus, Habendam et poſſidendam, vt ex eo nobis merces in futuro ſeculo preparetur eterna. Renuntiantes dicte proprietatis iuri, quoad nos et heredes noſtros, prout poſſibile fuerit atque iuſtum. In cuius rei teſtimonium euidens preſentes litteras dicto monaſterio in Diſtorp ſigilli noſtri munimine dedimus conſignatas. Actum et Datum Arneburch, Anno domini M°. CCC°. VII°. VI°. kalendas Junii, Preſentibus Dominis Heinrico de Aluenſleue, Bernardo de Plozek, Heinrico Schenken, Droyſekino Dapifero, Slothekino, noſtro notario, necnon pluribus aliis Satis Dignis.

XLI. Arnold, Biſchof von Havelberg, confirmirt dem Kloſter Diesdorf das Patronat der Kirche zu Rehfeld, am 11. Juni 1307.

Arnoldus, dei gracia Hauelbergenſis Eccleſie Epiſcopus, dilectis ac Religioſis in chriſto dominabus . . . . . abbatiſſe . . . . . prioriſſe totique conuentui Monaſterii in diſtorp ordinis Sancti auguſtini, verdenſis dyoceſis, cum deuotis oracionibus ſinceram in domino karitatem. Juſtis petencium deſideriis pium eſt facilem prebere aſſenſum, et uota, que a racionis tremite non diſcordant, effectu proſequente complere. Eapropter veſtris iuſtis poſtulacionibus, ad veſtre releuamen inopie, affectuoſius inclinati, donacionem et tranſlationem puram et liberam iuris patronatus Eccleſie in uilla Reuelde noſtre dyoceſis, factam ab illuſtri principi domino Hermanno, marchione de Brandenborch, de conſenſu et voluntate libera Henrici et Bartoldi, fratrum, dicti (ſic) de Reuelde, ad quos ius preſentandi perſonam ydoneam ſine contradiccione qualibet pertinebat, cuius eciam iuris patronatus proprietas ad iam dictum ſpectabat principem, vobis et veſtro cenobio, in quo eſtis diuino obſequio mancipate, prout per ipſius principis patentes litteras, ſuper dicta donacione et tranſlacione vobis datas, apparet expreſſe, cum omni iure, dominio et Seruicio, prout habebant, ſibi in eo et de eo nichil penitus retinendo, gracioſe gratam at ratam habemus et habebimus et in domino confirmamus, et ipſam Eccleſiam indulgendo veſtro monaſterio incorporamus, ut de ipſa agatis et faciatis, prout iuris fuerit et vobis expediens videatur, Saluo

tamen iure prelatorum et aliorum, quorum intereſt in preſenti et in poſterum poterit intereſſe, quibus per dicti principis donacionem et noſtram confirmacionem grati et rati habicionem nullum volumus penitus in preſenciarum et in poſterum preiudicium generari, Sed eos illeſos in omnibus conſeruare. Vt autem uobis predicta donacio et noſtra confirmacio, grati et ratihabicio firma et a quolibet permaneat inconuulſa, Ac in ipſius euidens teſtimonium perpetuum, preſentes litteras de noſtra certa ſciencia atque iuſſu conſcriptas vobis damus Sigilli noſtri munimine roboratas. Facta eſt autem hec confirmacio in curia noſtra magdeborch preſentibus viris domino Gerberto dicto Smuck canonico ſancti Sebaſtiani in Magdeborch, magiſtro Johanne Gruwelhut, domino alberto de Reuelde plebano in Gorliz, Conrado cappellano noſtro, necnon domino Gerhardo milite de wadeſcinkel, et aliis quam pluribus fide dignis ad hoc rogatis et vocatis, Anno domini Milleſimo Trecenteſimo Septimo, in die Sancti Barnabe apoſtoli, pontificatus noſtri anno III°.

XLII. Gottfried von Thun, Knappe und Burgmann zu Thun, verkauft drittehalb Hufen in Döhren an das Kloſter Diesdorf, am 8. September 1307.

Ego Godefridus famulus, dictus de Tvnis et Caſtellanus ibidem, Recognoſco tenore preſentium et proteſtor, Quod ego de communi conſilio et conſenſu legitimorum Heredum meorum Honorabili viro domino Alverico, prepoſito in diſtorp, vendidi duos manſos et dimidium in villa doren Jure perpetuo poſſidendos Cum tali Jure, quo ego eos Habui et poſſedi. In cuius facti teſtimonium preſens Scriptum Sigilli mei duxi munimine roborandum. Datum Tunis, Anno domini M°. CCC°. VII°., In die natiuitatis virginis glorioſe.

XLIII. Gerhard, genannt Wolff und von Bezendorf, verkauft dem Kloſter Iſenhagen vier Hufen mit ihren Einkünften zu Jubar und neun und eine halbe Hufe zu Ludelſen, am 23. Auguſt 1308.

Nos Gherardus, miles, dictus lupus et de betzendhorpe, Notum eſſe volumus tam preſentibus quam futuris, quod nos vnanimi conſenſu et ratihabitione fratrum noſtrorum et patrui noſtri Hermanni, Honorabili viro domino Johanni prepoſito totique conuentui in yſenhagen in villa, Jubere nuncupata, uendidimus quatuor manſos, ex quibus proueniunt in reddita Annuali duo quadrantes ſiliginis et duo quadrantes Auene, et in villa ludelſen nouem manſos et dimidium, ex quibus proueniunt ſex quadrantes ſiliginis, et apud ipſam villam molendinum ſin-

cum piſcatura, de qua prouenit chorus ſiliginis Annuatim, pro viginti et quinque Marcis ſtendallenſis Argenti, una fertone minus, cum omni iure quo poſſedimus in herede libere uſque in hunc diem. Vt autem eccleſia prelibata ab omni heredum noſtrorum contradictione et quorumlibet hominum inpugnatione libere et quiete poſſideat bona A nobis uendita iam ſuprafata, cum proprietate A domino Nicholao comite de Dannenbergh A nobis eccleſie ipſi yſenhagen obtenta, preſens ſcriptum cum ſigilli noſtri impreſſione firmius proteſtamur, Nec non Ad cautelam huius rei certiorem manu ad manum firmiter promittimus bona fide tam nos Gherardus miles, et hermannus frater eius dicti lupi, quam Amici noſtri ſpeciales, ſcilicet Dominus Johannes cruceman miles, Bodo et Sifridus, fratres dicti de walſtophe, quorum ſigillis preſens pagina plenius certificatur. Quod factum ut ſtabile et ratum permaneat, Comes Henricus de Lvchowe, Dominus Thidericus de Sculenborch, Dominus Lvdolphus de wendhen, Dominus Henricus ploto, milites, Henricus de bodenſtede, Honerus de kneſbeke, Domicelli, Henricus de brome, burgenſis in Saltwidele, huius rei ſunt teſtes, et alii quam plures fide digni. Datum Anno domini M°. CCC°. octavo, In vigilia beati Bartholomei Apoſtoli.

XLIV. Otto, Herzog von Braunſchweig, ſchenkt dem Kloſter Diesdorf elf Höfe in Lydheren und bei Ulleſſen, am 1. November 1308.

Omnibus chriſti fidelibus preſentium litterarum noſtrarum avditoribus et viſoribus vniuerſis Dei gracia Otto, Brunſwicenſis et in Lvneborg dux, Salutem perpetuam in domino. Nouerit vniuerſitas veſtra et vniuerſitatis ſingularitas, Quod Nos de Conſenſv et ratihabitione omnium Heredum noſtrorum donamus libera juſto proprietatis tytulo perpetuo, Monaſterio et Conuentui Diſdorpe bona Lydheren, videlicet Sex Curias et quinque alias Curias ſitas uxta Vlleſſen, de omnibus Aduocatiis, Juſtitiariis, Tributariis et aliis obuentionibus et prouentibus, quibus nobis ſoluendis dicte vndecim curie hactenus fuerant obligate, Ita dumtaxat quod nobis dictum Monaſterium et conuentus perſoluat ſingulis annis deinceps ex dictis Curiis vndecim marcas denariorum, id eſt ex qualibet ipſarum in Paſcha octo ſolidos et in Natiuitate domini Octo ſolidos pro annua penſione. Datum in Caſtris Blekede, Anno domini M°. CCC°. VIII, die Omnium Sanctorum.

XLV. Graf Heinrich von Lüchow ſchenkt ſeinen Verwandten im Kloſter zu Diesdorf einen Wiſpel jährl. Roggenpacht aus Schnehen, am 25. Juni 1313.

In nomine domini amen. Omnibus chtiſti fidelibus preſentis littere inſpectoribus, auditoribus ſiue lectoribus, Dei gracia Hinricus, Comes de Luchowe, affectuoſam ad omnia volun-

tatem et rem geſtam memoriter retinere, Ad noticiam tam preſencium quam futurorum omnium cupimus pervenire, quod de pio bone voluntatis arbitrio dilectis noſtris conſanguineis videlicet Conegunde prioriſſe ac Gherbergh dictis de Luchowe, Gherbergh ac Mechtildi dictis de woldenbergh, religioſis et profeſſis cenobii Sancte marie in Diſtorp, ob caritatiue dilectionis vinculum et beneficium, ad melioracionem prebende predictarum, damus et aſſignamus vnum chorum ſiliginis ad tempora vite, jure proprietatis et libertatis nos contingentem, in villa Sneghe ſitum et locatum in curia cuiuſdam dicti Crateke dando et preſentando annis ſingulis cuiuſlibet feſti Michaelis ſine aliqua recuſacione, prout nos hactenus libere et ſine inpeticione qualibet poſſedimus et quiete. Preterea quamdiu prenarrate noſtre conſanguinee in vita perſtiterint corporali, ſic predictum chorum Siliginis porcione ſimili inter ſe et debita optineant diuidendo. Quecunque autem ex perſonis iam tactis ab hoc ſeculo migrauerit uel migrauerint, relique permanentes ſepedictum chorum pro vtilitate et profectu integraliter optinebunt. Cum autem prememorate religioſe carnis exſoluerint debitum vniuerſe, extunc ob reuerenciam beate virginis marie et elemoſinarum largicionem ſepedictum chorum ſiliginis ad officium cuſtodie predicti cenobii ſub forma preſcripta preſentibus reſignamus pacifice et abſque inquietacione perpetuis temporibus in domino iugiter poſſidendum. Ne autem Hoc factum quiſquam audeat aut valeat impetere quoquo modo pro obſeruan(cia) predictorum plenaria euidens noſtrum Sigillum preſentibus duximus apponendum. Datum et actum ſub tutoribus et prouiſoribus domino Thiderico prepoſito ac domina Conegunde prioriſſa dicti Cenobii Diſtorp, anno domini M°. CCC°. XIII°., Die Secundo Natiuitatis Johannis Baptiſte.

XLVI. Dietrich, Bernhard und Werner, Gebrüder von der Schulenburg, Ritter, bekunden, daß vor dem Burggericht zu Salzwedel Johann Eickhorſt ſeinen Hof zu Eickhorſt mit ſeinen Zinſen und Gefällen dem Kloſter Diesdorf aufgegeben habe, am 15. April 1315.

Ad futuram rei geſte memoriam. Nos Thidericus, Bernardus necnon wernerus, fratres et milites, dicti de ſculenborch, vniuerſis preſencia viſuris vel audituris affectum ſeruiendi ſincerum. Nouerint igitur inſpectores preſencium vniuerſi, quod proteſtamur, Johannem dictum ekhorſt petiſſe coram nobis ante caſtrum Saltwedel et dixiſſe, quod cum bona voluntate et libero arbitrio vendidiſſet Diſcreto viro domino Theoderico, quondam prepoſito ſanctimonialium in Dyſtorpe, vnam Curiam in villa ekhorſt ad ſiniſtram manum introitus ville, in qua moratur quidam nomine bruno, ipſam vero curiam ſoluentem annis ſingulis quinque quadrantes ſiliginis, qui in wlgo dicuntur wychemthen, et vnum porcum valentem octo ſolidos monete leuis et quatuor ſolidos Crucepenninge cum aduocacia et cum omni iure, prout pater ſuus et ipſe poſt obitum patris ſui longeuis temporibus poſſederunt. Proteſtamur nichillominus ipſum dixiſſe, quod vellet eſſe dictorum bonorum thiderico prefato verus waranda pre omnibus et contra omnes, qui poſſent vel intenderent inpugnare. Ceterum recongnoſcimus, quod faſſus fuerit Idem Johannes, quod decimam minutam, que poſſet cedere annuatim de curia ſupradicta, non vendidiſſet, ſed clauſtrum Dyſtorp

deberet ad ſuos vſus, ſicut dudum optinuit, ſpecialiter optinere. In cuius teſtimonium vendicionis recognicionis ſigilla noſtra et ſigillum domini bartoldi quondam notarii, qui vendicionem premiſſam nobiſcum perſonaliter audiuit, preſentibus ſunt appenſa. Actum et datum Saltwedel, anno domini M°. CCC°. XV°., In craſtino beatorum martirum Thiburci et valeriani.

XLVII. Vertrag zwiſchen den Klöſtern Winhuſen, Dambeck und Diesdorf wegen der Beſetzung der Pfarre zu Medebeck, vom 6. Juli 1315.

. . . . . fuiſſet queſtio et diſſenſio anno domini M°. CCC°. XV°. de preſentanda perſona Inter conuentus ſanctimonialium videlicet . . . . . Diſtorp atque Dambeke quorum intereſt ad eccleſiam in villa Medebeke perſonam idoneam preſentare Nos theodericus prepoſitus in . . . . . Johannes prepoſitus in diſtorp ac Johannes prepoſitus in Dambeke, tunc temporis huiuſmodi diſſentioni futuris temporibus vacante predicta eccleſia . . . . . Secundus ſecundo, Tercius tercio ac ſic perpetue reciprocando perſonam debeat ad eandem eccleſiam preſentare, Annuentes conuen . . . . . primam, Deinde conuentui in diſtorp ſecundam Ac tercio conuentui in Dambeke perſone preſentationem etc. — Actum et Datum ſub anno domini prenotato, In octauo apoſtolorum petri et pauli.

Aus einem, bei dieſer Urkunde liegenden, wahrſcheinlich von einer Nonne geſchriebenen alten Zettel, auf dem die Worte: „Vordracht twischen den Klostren winhusen, Dystorp vnd Damke von wegen vorordening Des pastorn tho medebeken, Dat. MCCCXV“ ſtehen, geht hervor, daß der dritte contrahirende Theil, der jedesmal in der ſehr defecten Urkunde fehlt, das ſchon in der Ueberſchrift erwähnte Kloſter Winhuſen iſt.

XLVIII. Markgraf Johann unterſagt ſeinen Vögten zu Salzwedel, das Kloſter Diesdorf wegen ſeines Dorfes Dankſen zu beſchweren, am 21. Juli 1315.

Johannes, dei gracia Brandenburgenſis et Luſacie marchio, vniuerſis ſuis Aduocatis in Saltwedele conſtitutis et conſtituendis ſalutem et omne bonum. Monaſterium Diſtorpe in aduocacia ville ſue Dankgteſſe nullatenus moleſtare de cetero preſumatis, ſi noſtrum amorem vobis ſubtrahi nolueritis et fauorem. Datum Euerſwalde, Anno domini Milleſimo CCC°. quinto decimo, vigilia beate Marie Magdalene, in noſtra preſencia.

XLIX. Das Kloſter Wolmirſtedt erwidert dem Kloſter Diesdorf die Aufnahme in ſeine Fraternität, am 8. November 1315.

Dilecte Sibi in chriſto prioriſſe totique Conuentui ſanctimonialium in diſtorp, vre abbatiſſa necnon omnis conuentus in wolmerſtede orationes in chriſto deuotas. Ad noſtram creberrime peruenit noticiam, non ſolum a notis verum eciam ab alienis, vos cooperante vobis ſpiritus ſancti virtute, conuerſationem ſanctam, vitam laudabilem ac religioſitatem ducere condecentem, quod cordibus noſtris ineſtimabilem ſpiritualiſ gaudii dulcedinem generauit. Ex relatu ergo domini noſtri prepoſiti didicimus, nos vna cum eodem in veſtre fraternitatis conſorcium, vt ſperamus, eſſe receptas, pro quo veſtre honeſtatis induſtrie graciarum actiones referimus multiformes, viciſſitudinem refundentes, Quod eciam vos participes eſſe cupimus Miſſarum, vigiliarum, Caſtigationum, ieiuniorum, orationum, elemoſinarum, largitionum, necnon omnium bonorum, per noſtram fragilitatem factorum perpetue, et quamdiu gracia chriſti nos conſeruauerit, preſentibus profitemur. Datum wolmerſtede, anno domini M°. CCC°. XV., In die quatuor coronatorum.

L. Dietrich und Heinrich von Dannenberg, Knappen, verkaufen das Dorf Wulmerſen an das Kloſter Dambeck, am 8. September 1318.

In Nomine Domini amen. Ad perpetuam rei memoriam. Nos Theodericus et Hynricus, fratres et famuli, dicti de Dannenberchghe, Recognoſcimus in hiis ſcriptis, Quod nos cum conſilio amicorum et cum conſenſu legitimorum heredum noſtrorum vendidimus villam wlmerſen Clauſtro in Dambeck, verdenſis Dyoceſis, juſto emptionis tytulo perpetuo poſſidendam pro centum Marcis duabus minus Stend. argenti, Cum omnibus ſuis juribus et pertinenciis Maioribus et minutis, ſcilicet in agris cultiſ et incultiſ, in paſchuis, in lignis, in agris ac vſuagiis, in boſcho et in plano, ſicut ad nos Jure Hereditario dinoſcitur diuoluta, et ſicut uſque in preſens tempus quiete poſſedimus, Reſponſuri omnibus et ſingulis iuſtis inpetitionibus, que exorte fuerint ſuper predicta villa infra annum et VI ebdomadas e tempore noſtre venditionis ſecundum iuſticiam taliter warendando. Quam pecuniam profitemur nobis complete perſolutam ac in noſtros vſus conuerſam, prout nobis pariterque amicis et fautoribus videbatur expedire. Ceterum eciam ad procurandam proprietatem ſuper eadem villa predicto Clauſtro et ſuis pertinenciis ab eo, cuius dare intereſt abſque contradictione et excuſatione qualibet, infra duos annos, numerandos a feſto ſancti Martini nunc inſtante, obligauimus et in hiis ſcriptis obligamus noſ predicto clauſtro et noſtros amicos in ſolidum videlicet dominum Theodericum de Sculenborch, Militem, ambos bodones de walſtove, fredericum de Dannenberghe fratrem noſtrum, Hynnyghum de Gartowe, famulos, ac Theodericum Godſculſe Ciuem in ſoltwedel, per ſollempnes ſtipulationes et fidei procuracionem in Manibus domini Jo. prepoſiti in Dambek, domini Ber. perpetui vicarii in ſoltwedel, necnon honeſtorum militum B. ac w. fratrum de ſculenbor-

compromittentes, Si quod abſit infra prelibatum tempus proprietatem in litteris dicto Monaſterio non procurauerimus, expletis duobus annis, omnes ſimul et quilibet ſingulariter requiſitus, nullus alium exſpectando vel per alium ſeu alios excuſando, Ciuitatem Soltwedel intrabimus, nunquam exituri, donec dicto clauſtro de premiſſis in toto fuerit ſatisfactum. Si vero ex noſtris fideiuſſoribus interea quiſpiam de medio ſublatus fuerit, loco ſui alium eque fide dignum infra menſem a die obitus ſui numerandum dabimus. Quem predicti ſcilicet prepoſitus dominus B., dominuſ B., dominus w. de Sculenborch duxerint acceptandum, aliter menſe expleto cum noſtriſ fideiuſſoribus ciuitatem ſoltwedel predictam intrabimus, ibi manſuri, donec factum fuerit, ſicut eſt premiſſum. Teſtes huiuſ venditioniſ ac emptioniſ et pecunie perſolutionis ac noſtre compromiſſionis per ſollempnes ſtipulationes, obligationes in ſolidum ad omnia et ſingula facienda ſunt honorabiles viri Dominus Rod. prepoſitus in ſoltwedel, Dominus Siffridus de Sculenborch, prepoſitus domus ſancti ſpiritus extra Mvroſ ibidem, Dominuſ Hugo prepoſitus in ſnegha, prelati et clerici, Necnon Dominus Hynnighus Cruceman, miles, ambo ſiffridi de walſtowe, ac Gebehardus de dannenberchge, famuli, et alii quam plures fide digni. In cuius rei euidenciam preſens ſcriptum noſtriſ ſigillis ac fideiuſſorum procuranimus configuari. Actum et Datum ſoltwedel, anno Domini M°. CCC. Decimo octauo, In feſto Natiuitatis ſancte Marie virginis Glorioſe.

LI. Verſchreibung des Kloſters Diesdorf für die jedesmalige Vorſteherin des Caritäten-Amtes über einen Wiſpel Kornrente, vom 1. Auguſt 1319.

Nos borchardus, dei gracia prepoſitus, Mechtildis prioriſſa totusque conuentus ſancti. monialium in diſtorpe Ad omnium noticiam, quibus preſens ſcriptum exhibitum fuerit, cupimus eſſe notum, Quod unanimi conſenſu et bona voluntate aſſignamus vnum chorum ſiliginis ad manus domine illius, quecunque preeſt officio noſtre caritatis. Quem prefatum chorum ſiliginis ſibi preſentabimus de noſtro granario quolibet anno in feſto beati martini recipiendum omni occaſione poſtpoſita, Pro illis ſeptem quartalibus ſiliginis que actenus in ordorpe perceperat et poſſedit. Et ut preſens factum ac commutacio a nullo prepoſitorum noſtrorum infringi poſſit, Hanc literam noſtris ſigillis fecimus communiri. Datum anno dominice incarnacionis, M°. CCC°. XIX., in die beati petri ad vincula.

LII. Gebhard und Friedrich von Dannenberg, Gebrüder, verkaufen dem Kloſter Diesdorf Wendiſche Höfe im Dorfe Winkelſtedt, am 6. Auguſt 1319.

Quoniam ea, que in tempore geruntur et ordinantur, ſimul cum tempore labantur et depereant, niſi teſtibus ydoneis ac litteris debitis firmius ſolidantur, Nos ergo Geuehardus et frede-

ricus, fratres, de dannenberghe dicti, Cupimus ad vniuerſorum noticiam preſentia intuentium lucidius peruenire, quod nos de maturo noſtro conſilio ſeu heredum noſtrorum conſenſu et arbitrio honorabili viro domino borchardo in diſtorpe prepoſito ad manus et vſus ſanctimonialium clauſtri eiusdem in villa winkelſtede duos ſlauos noſtros ſubditos, ſcilicet bernardum et richardum in duabus Curiis ibidem reſidentes, duos manſos colentes, de quibus ambo VI marcas denariorum vſualis monete, duos porcos valentes XVI ſolidi eiuſdem monete, VIII pullos, VIII caſeos, XL oua et XL riſtas vlaſſes, quod in wlgo ſic dicitur, predicto clauſtro ſingulis annis miniſtrabunt, pro LXXII marcis ſaltw. denariorum, Cum vniuerſis ceteris prefatis manſis adiacentibus, videlicet aquis, pratis, paſcuis et nemoribus, cum aduocacia et cum omni iure, quemadmodum hactenus poſſidebamus, juſto vendicionis tytulo rationabiliter vendidimus abſque omni inpeticione quiete et pacifice in perpetuum poſſidenda. Pro ampliori huius rei certidudine et cautela dilecti noſtri fratres thidericus et hinricus de dannenberghe, famuli, nobiſcum data fide in ſolidum promiſerunt hec omnia rite obſeruanda. Huius rei teſtes ſunt bernardus et wernerus, fratres, dicti de ſculenborch, milites, bodo de walſtoue in caſtro ſaltwedel Caſtellanus, hunerus de kneſbeke, famuli, et alii quam plures fide digni. Ne autem noſtra vendicio in poſterum alicuius malignantis rancore infringi poterit uel uiolari, preſentem paginam ſuper eo conſcriptam per appenſionem noſtrorum ſigillorum ſiue noſtrorum conpromiſſorum et Teſtium duximus validius roborandam. Datum Saltwedel, anno domini M°. CCC°. XIX°., in die beatorum Sixti feliciſſimi et agapiti martirum.

LIII. Walther, Edler von Dorſtadt, und ſein Sohn Burchard vereignen dem Kloſter Diesdorf das Eigenthum zweier Höfe zu Winkelſtedt, am 16. Auguſt 1319.

Nouerint vniuerſi preſencium inſpectores, quod nos waltherus de Dorſtat, nobilis, et borchardus, noſter filius, conſenſu noſtrorum heredum quorum intereſt vnanimi accedente, donauimus et preſentibus libere donamus, honorabili viro domino borchardo prepoſito, mecthildi prioriſſe totique conuentui monaſterii ſanctimonialium ordinis ſancti auguſtini in Diſtorpe, ob remedium et ſalutem animarum noſtrarum noſtrorumque parentum, proprietatem duarum curiarum in villa winkelſtede ſitarum cum duobus ſlauis in eiſdem reſidentibus, quas quidem curias Gheuehardus et fredericus filii bone memorie henrici militis de dannenberhc a nobis in pheodo tenuerunt. In huius rei euidenciam et perpetuam memoriam dedimus preſens ſcriptum noſtris ſigillis firmiter communitum Anno domini M°. CCC°. XIX°., In craſtino aſſumpcionis beate marie virginis.

LIV. Das Kloſter Diesdorf verkauft eine Marck aus dem Dorfe Winkelſtedt zu dem Lichte der Kranken des Conventes, am 29. September 1320.

Omnibus preſens ſcriptum cernentibus volumus eſſe notum, Quod nos Borchardus prepoſitus in Dyſtorp, Mechtyldis prioriſſa Totu(s)que Conuentus ſanctimonialium ibidem vendidimus libero arbitrio et vnanimi conſenſu vnam marcam denariorum in villa winkelſtede ad luminare infirmarum pro decem marcis denariorum. Quam ſummam abſque vlla reclamatione ſingulis annis procuratrix infirmarum recipiet in feſto (Mar)tini Epiſcopi, quouſque cenobium noſtrum durauerit domino protegente. Ne igitur ſuper hoc facto aliqua calumpnia ſiue dubitatio tam modernorum quam futurorum oriatur, hanc paginam fecimus conſcribi et ſigillorum noſtrorum appenſione roborari. Teſtes huius facti ſunt dominus Hermannus vicarius in kneſbeke, dominus Hinricus plebanus in Abbendorp, veſeke famulus noſter et alii quam plures fide digni. Datum Anno domini M°. CCC°. XX°., In die ſancti Mychaelis Archangeli.

LV. Dietrich und Heinrich Gebrüder von Dannenberg verkaufen dem Kloſter Diesdorf alle ihre Beſitzungen zu Winkelſtedt, am 5. October 1320.

Quoniam propter varias mutationes temporum et inſtabilitates preſentis ſeculi ea, que in tempore ordinantur et geruntur, non ſufficiunt litterarum karactere et ſufficienti teſtimonio ad plenum lucidius roborari, Nos ergo Thidericus et Hinricus, fratres, dicti de Dannenberghe, in hiis Scriptis recognoſcimus, nos de maturo noſtro conſilio et libero arbitrio Omnia, que de bonis in villa winkelſtede habuimus cum ipſorum prouentibus et omnibus attinenciis ſiue adiacentibus ſcilicet aquis, pratis, paſchuis, agris, campis et nemoribus, cum aduocacia et cum omni jure, quemadmodum hactenus poſſidebamus, Diſcreto viro Domino Borchardo prepoſito ſanctimonialium in diſtorpe ad manus . . . vſus eiuſdem clauſtri et conuentus pro Centum marcis et Septuaginta ſex marcis leuium denariorum juſto venditionis tytulo rationabiliter vendidimus, abſque omni inpeticione minus ſana quiete et perpetue poſſidenda. In horum omnium euidens teſtimonium, nos vna cum noſtris amicis ſubſcriptis videlicet Georgio de Hidzaker, awnculo noſtro, et bernardo de ſculenborch militibus, Geuehardo et frederico noſtris fratribus de Dannenberghe dictis, Georgio de hidzaker, awnculo noſtro, famulis, et Thiderico gotſcalci Ciue in Saltwedel in ſolidum data fide promiſimus dicto domino borchardo prepoſito, quod hec memorata bona domino prepoſito et conuentui per annum et diem, abſque omni inpetitione et inpedimento warandare et inuiolabiliter conſeruare debeamus. Ne autem ſuper eo noſtra vendicio in poſterum alicuius malignantis rancore infringi poterit uel violari, preſentem paginam ſuper ea conſcriptam per appenſionem noſtrorum ſigillorum ac noſtrorum compromiſſorum predictorum duximus validius roborandam. Datum Anno domini Milleſimo Trecenteſimo viceſimo, Dominica die poſt Diem Beati Michahelis archangeli.

LVI. Wolter von Dorſtadt und ſein Sohn Burchard vereignen dem Kloſter Diesdorf das ganze Dorf Winkelſtedt, am 5. October 1320.

Nos wolterus de Dorſtat, Nobilis, borchardus Noſter filius, volumus ad vniuerſorum Noticiam, ad quos preſens ſcriptum deuolutum fuerit, expreſſe peruenire, quod Nos cum conſenſu et arbitrio noſtrorum heredum, ob reuerentiam et Honorem jheſu chriſti et eius ſanctiſſime matris marie necnon ob remedium et ſalutem animarum noſtrorum progenitorum et noſtrarum ſiue noſtrorum ſucceſſorum proprietatem tocius ville winkelſtede, quam Geuehardus et fredericus, Thidericus et Hinricus, fratres de Dannenberghe dicti, filii Hinrici militis dicti de Dannenberghe pie memorie, a nobis in pheodo tenere ſueuerunt et habere, Diſcreto viro domino Borchardo, mechtildi prioriſſe totique conuentui monaſterii ſanctimonialium ordinis ſancti Auguſtini in Diſtorpe donauimus preſentibus libere et donamus. In cuius rei euidens teſtimonium preſentes litteras ſuper eo dedimus noſtris Sigillis lucide roboratas. Datum anno domini M°. CCC°. XX°., Dominica die poſt diem ſancti Michahelis Archangeli.

LVII. Agnes, Herzogin zu Braunſchweig, überläßt dem Kloſter Diesdorf die Vogtei über das Dorf Hohen-Grieben und einen Hof zu Eikhorſt, am 18. October 1320.

Omnibus hoc ſcriptum cernentibus innoteſcat, quod Nos Agnes, dei gracia Duciſſa Brunſwiccenſis, propter deum et ſalutare Remedium animarum noſtre progenitorumque noſtrorum ſexus vtriuſque dedimus et preſentibus litteris ſollempniter donamus perſonis in chriſto deuotis, Prioriſſe et Conuentui ſanctimonialium in Diſtorp, preſentibus et futuris, aduocatiam ville Hogengriben cum omni commodo et iure, ſicut noſtra fuit, necnon aduocatiam vnius Curie in villa Ekhorſt, quam etiam Illuſtris princeps clare memorie dominus Johannes, quondam marchio Brandenburgenſis, noſter germanus, dicto monaſterio prius vendidit et donauit, ſicut eiuſdem littere luce clarius proteſtantur, nichil nobis et noſtris ſucceſſoribus iuris, quam precariam communem in dicta Curia et ſuper quatuor choros in villa prehabita reſeruantes. In reſtaurum tamen huius noſtre donationis ex parte dictarum ſanctimonialium nobis quindecim marce argenti brandenburgenſis ſunt per honorabilem virum dominum eiuſdem monaſterii prepoſitum integraliter perſolute. Huius facti teſtes ſunt Princeps magnificus dominus Otto dux Brunſwiccenſis, noſter conthoralis dilectus, Borchardus, Guncelinus et buſſo de Bertenſleue, Bernardus de Schulenborch, milites noſtri, bodo de walſtoue et Hunerus de kneſebeke, armigeri, cum pluribus aliis fide dignis. In cuius Rei teſtimonium noſtrum ſigillum vna cum ſigillo predicti principis eſt appenſum. Actum et Datum Saltwedele, per manum Hermanni de Luchowe noſtri Notarii, Anno domini M°. CCC°. XX°., die ſancti Luce.

LVIII. Burchard und ſein Sohn Burchard, Günzel und Werner von Bartensleben, Gebrüder, überlaſſen dem Kloſter Diesdorf den Lehnsbeſitz des Dorfes Hanem, am 9. Juni 1321.

Borchardus ſenior et borchardus, filius eius, Guncelinus et wernerus, fratres, milites, dicti de bertenſleue omnibus hanc litteram videntibus et audientibus ſalutem in omnium ſaluatore. Notum eſſe volumus vniuerſis, quod de communi conſenſu omnium legitimorum heredum noſtrorum vendidimus domino ſuidero et eccleſie ſanctimonialium in diſtorp villam hanem liberam cum omnibus et attinentiis et prouentibus, cum precaria, cum aduocatia, cum proprietate, cum lignis, cum paſcuis et cum omnibus terminis ſuis, qui nominari poſſunt et ſicut eam habuimus, ſub hac forma, videlicet quod dictus prepoſitus et eccleſia recipient noſtras tres filias in clauſtrum ſuum in habitu ſpirituali ad domino ſeruiendum ſub expenſis et clenodiis dicti prepoſiti, et pro LX marcis puri argenti, quas nobis dictus prepoſitus in parato amicabiliter preſentauit. Nos quoque uolentes dictam eccleſiam in omnibus promouere ſuper qualibet impetitione preſtamus warandiam atque certitudinem dicte ville, ſicut iuris fuerit, ſub noſtrorum teſtimonio ſigillorum. Huius uero noſtri facti teſtes ſunt Gunterus de bertenſleue, bernardus de ſculenborg, milites, et bodo de walſtove et hunerus de kneſbeke, famuli, et plures alii fide digni. Actum anno domini M°. CCC°. XXI°.. in die primi et feliciani martirum beatorum.

LIX. Herzog Otto von Braunſchweig ſchenkt dem Kloſter Diesdorf das Dorf Hanum eigenthümlich, am 14. Juni 1321.

In nomine domini amen. Dei gracia Otto, Dux in bruneſwich, omnibus in perpetuum. Ne ea que aguntur in tempore ſimul labantur cum tempore, Expedit vt ſcriptis et teſtibus roborentur. Hinc eſt quod notum facimus tam preſentibus quam futuris, Quod ob remedium anime noſtre et animarum omnium progenitorum noſtrorum proprietatem ville Hanum cum omnibus ſuis pertinenciis, villis, Campis, Siluis, pratis, paſcuis, areis, aquis, molendinis ac aliis omnibus pertinenciis, quocunque vocentur nomine, donauimus et cum ſollempnitate debita donamus .. prepoſito et Sanctimonialibus in Diſtorp libere et perpetue poſſidendam, renunciantes pro nobis et noſtris heredibus omni Juri, quod in dicta proprietate habuimus vel nobis poſſet competere in futuro. Vt autem hec noſtra donatio rata permaneat et poſteris innoteſcat, preſens ſcriptum dedimus noſtri ſigilli munimine firmiter roboratum. Teſtes eciam ſunt gvncelinus, wernerus et boſſo de bertensleue, Hinricus de bonencen et ludolfus de Hollege, milites noſtri et quam plures alii fide digni. Actum et Datum bruneſwich, Anno domini M°. CCC°. viceſimo primo, In Octaua penthecoſtes.

LX. Agnes, Herzogin von Braunſchweig, übereignet dem Kloſter Diesdorf das Dorf Hanem, das von ihr zu Lehn geht, am 14. Juni 1321.

In nomine domini amen. Dei gracia Agnes etc. . . . . — — Hinc ergo eſt, quod cum honeſti milites noſtri de bertenſleue villam Hanem, quam a nobis in pheodo tenuerunt, facta per eoſdem reſignatione ſollempni, donarent ſacroſanctis in chriſto ſanctimonialibus clauſtri dyſtorpe preſentibus et futuris, cum omni fructu lignorum, agrorum, paſcuorum ac omnium prouentuum, iudiciorum, ſeruitiorum, perſonalium et realium, cum aduocacia et plane omnium attinentium, ſicut ipſi habuerunt, cum precaria denariorum et frumenti tota, ita quod nichil inibi reſeruauerunt; Nos precibus dictorum militum noſtrorum deuicte, ob remedium ſalubre animarum noſtre ac progenitorum noſtrorum, dedimus et preſentibus damus donatione ſollempni dictis ſanctimonialibus proprietatem prefatam, cum omni libertate dicte ville ac attinentium omnium, licet de aliquo ſpecialis eſſet mencio facienda, Renunciantes omni iuri, ſi quod nobis ad bona eiuſdem ville poſſet cedere in futurum, ex cauſa quacunque. Huius rei teſtes ſunt ludolfus de honlage, bertoldus de veltem, milites, thidericus prothonotarius Illuſtris d(omini) Ottonis du(cis) brunſwicenſis conthoralis . . . . . fide dignis . . . . . noſtrum ſigillum preſentibus eſt appenſum . . . . . et Datum Brunſwi(k) per manum? Hermanni de luchowe noſtri Notarii . . . . . M°. . . . . Octaua Penthecoſtes.

Die Urkunde iſt großentheils durch Moder zerſtört, namentlich im Anfange und am Ende.

LXI. Das Kloſter Diesdorf vergleicht ſich mit den Conventualinnen Heilwig und Margarethe von Steſow über zum Siechenamt gewidmete Hebungen, am 2. November 1361.

Suiderus, dei gracia prepoſitus, mechtildis prioriſſa Totusque conuentus ſanctimonialium in diſtorpe omnibus hoc ſcriptum viſuris et audituris ſalutem in uirginis filio benedicto. Noſcant homines preſentis temporis et futuri, quod due carnales ſorores, videlicet heylewich et margareta dicte de ſteſow, moniales noſtri conuentus, temporibus domini thiderici prepoſiti, predeceſſoris noſtri, a noſtro clauſtro ad officium infirmarum dominarum de redditibus noſtre eccleſie pro decem marcis brandeburgenſis argenti ex elemoſina collectis, vnum chorum ſiliginis perpetuo compararunt. Tempore tranſacto, dum noſtra eccleſia prepoſito careret et magnam vſuram committeret cum iudeis, dicte due ſorores ex informatione domini borchardi de bertenſleue, bodonis et hemponis de kneſbeke, militum, Conradi Kron burgenſis in ſoltwedele, ne dicta eccleſia per iudeos maius periculum ſuſtineret, viginti marcas probati argenti pro aliis duobus choris ſiliginis annis ſingulis perpetuo in villa echorſt recipiendis ad dictum officium exponebant, Sed conqueſte multum coram nobis, quod in recipiendo dictam ſiliginem eſſent ſepius et grauiter impedite; vnde ut ſine omni impedimento poſſent recipere ſiliginem antedictam predictum contractum ad manus noſtras per omnia reſignarunt. Nos igitur dictum contractum fideliter examinan-

bonis benefieri volentes, et ne dicte domine ſorores ex earum beneficio, quod fecerunt, aliquod grauamen ſuſtineant, ſed profectum, dictis ſororibus immo pro tempore procuratricibus infirmarum dominarum, ex communi voluntate noſtri capituli et conſenſu ſtatuimus ac perpetuo aſſignamus dari annis ſingulis in feſto beati martini Epiſcopi cum duarum marcarum luneburgenſium denariorum redditibus in villa winkelſtede duos choros ſiliginis, vnum de noſtro granario ſine obſtaculo, et ſecundum de duobus manſis in villa diſtorp, quos nunc colit hinricus dancmari campo, quem ſecundum chorum, ſi bono modo non poſſunt habere, de noſtro granario ſecundum Chorum recipient ſicut primum. Huius noſtri facti ſtabilitatem legitimam oſtendentes noſtrorum munimine ſigillorum, Actum anno domini M°. CCC°. XX°. primo, ſequenti die omnium ſanctorum.

LXII. Ritter Balduin von Wenden und ſeine Frau Margarethe, Mutter Paridam's, Anno's und Wasmod's von dem Kneſebeck, begeben ſich ihrer Rechte an den Gütern in Dülſeberg, die Anno von dem Kneſebeck an das Kloſter Diesdorf verkauft, am 23. April 1322.

Nos Boldewinus de wenden, miles, et Margareta mea vxor, mater paridam, Anne et Waſmodi, fratrum, de kneſbegke, honorabili viro prepoſito, prioriſſe totique Conuentui monaſterii in Diſtorpe notum facimus et omnibus hoc ſcriptum viſuris publice recognoſcimus et proteſtamur, Quod Nos vobis veſtroque Clauſtro dimittimus illa bona ſita in Dulſeberge, vobis vendidit et dimiſit Anno de kneſebegke famulus, vobis dimittimus et reſignamus Cum omni iure libere poſſidenda. In cuius rei euidentiam preſenti ſcripto ſigillum meum duxi apponendum. Datum anno domini M°. CCC°. XXII., in die beati georgii martiris.

Nach einer vidimirten Abſchrift, worin wahrſcheinlich hinter dem Worte Dulseberge Mehreres ausgelaſſen iſt.

LXIII. Heinrich, Albrecht, Ernſt und Otto von Dannenberg verzichten auf alle Beſitzungen zu Winkelſtedt zum Vortheil des Kloſters Diesdorf, am 28. Juni 1322.

Nos hinricus, albertus, Erneſtus et Otto, fratres, dicti de dannenberche, omnibus, quibus exhibitum fuerit preſens ſcriptum, in omnium ſaluatore ſalutem. Recognoſcimus tenore preſentium proteſtando, quod cum conſenſu et vnanimi voluntate omnium heredum noſtrorum vendidimus eccleſie ſanctimonialium in diſtorp omnia bona noſtra, que habuimus in villa winkelſtede de patrimonio noſtro, videlicet vnum manſum et dimidium, vnius porci redditus de manſo cum pullis et ouis et caſeis et lino, cum aduocatia et omni iure, quo nos vſi fuimus in predictis bonis, in paſcuis, in pratis, in aquis, in riuis, in campis, in ſiluis, cultis et incultis, de quibus

mentio poteſt eſſe, volentes dictam eccleſiam eripere ab omni impetitione, ſicut iuris eſt, ſi qua ex predictis bonis poterit ſuboriri, Preſtamus etiam warandiam dicte eccleſie ſub ſigillorum teſtimonio ſubſcriptorum videlicet patruorum noſtrorum frederici, Geuehardi, Hinrici, Thiderici de dannenberche. Actum diſtorpe, anno domini M°. CCC°. XX°. ſecundo, in vigilia beatorum apoſtolorum petri et pauli.

LXIV. Das Kloſter Diesdorf bekundet, wie gewiſſe von vier Nonnen und einem Prieſter in Winkelſtedt gekaufte Pächte verwendet werden ſollen, am 28. Juni 1322.

Suiderus, dei gracia prepoſitus, mechtildis prioriſſa totusque conuentus ſanctimonialium in diſtorp omnibus in perpetuum. Ad noticiam tam preſentium quam eciam hominum futurorum cupimus peruenire, quod domina agnes, Elyzabeth, dicta roſſac, margareta de luneborg filia reynoldi, et ſophia de gardelaghe, noſtri clauſtri moniales, Emerunt a hinrico de dannenberg et a ſuis fratribus videlicet alberto, Erneſto et ottone, pro XXX marcis luneburgenſium denariorum in villa winkelſtede vnum manſum pertinentem ad vnam domum, cum villa intratur ad dextram manum, a quo manſo dantur tres marce denariorum luneburgenſium annuatim, de quibus tribus marcis annis ſingulis duas accipient ad tempora vite ſue predicte quatuor moniales, quia dictos redditus ſuorum conſanguineorum auxilio et elemoſina compararunt, De tercia vero marca ſoror margareta textrix in hoſpitali habebit octo ſolidos annuatim, domina criſtina ibidem quatuor ſolidos et filia eius Konegundis ſoror noſtri allodii quatuor ſolidos recipiet annuatim quelibet ad tempora vite tantum. Defunctis predictis cuiuſlibet pars reddituum predictorum ad uoluntatem procuratricis caritatis omni occaſione poſtpoſita tranſiet in quatuor ſabbata aduentus domini ad conſolationem omnium monialium ſpecialem. Proteſtamur etiam, quod dominus thidericus roſſac ſacerdos pro ſalute anime ſue in Eadem villa winkelſtede emit ſedecim ſolidos luneburgenſium denariorum perpetuo annis ſingulis ad dictum officium caritatis. Summam autem dictorum reddituum prepoſitus, qui fuerit pro tempore, annis ſingulis in feſto ſancti martini Epiſcopi de dicta villa per ſeruos ſuos ad dicte caritatis officium dei intuitu ordinabit. Datum ſub noſtris ſigillis anno domini M°. CCC°. XX ſecundo, in vigilia apoſtolorum petri et pauli.

LXV. Dietrich, Bernhard und Werner von der Schulenburg, Ritter, verſprechen dem Kloſter Dambeck das Dorf Wolmerſen zu reſigniren, ſobald es dem Kloſter vereignet ſein wird, am 14. September 1322.

Nos thidericus, Bernardus et wernerus, milites, et fratres dicti de Sculenborch omnibus hanc litteram viſuris uel audituris recognoſcimus in hiis ſcriptis, Quod villam wolmerſen

cum omnibus ſuis attinenciis videlicet aduocatia, paſcu porcorum, lignis cremabilibus et fructiferis, ſeruiciis et hoſpitiis, quam dominus Bartoldus dictus ſcriptor ſuis elemoſinis emit et comparauit ad altare omnium ſanctorum in clauſtro Dambeke erectum et dotatum, warandabimus bona fide ad bonum predicti clauſtri Dambeke, donec ab honeſtis famulis Thiderico et hinrico, fratribus, dictis de Dannenberge, a quibus dictus dominus Bartoldus emit villam prefatam, clauſtro proprietas ordinetur; proprietate vero ordinata ab illis de dannenberge et eorum fideiuſſoribus ſepedictam villam reſignabimus, dum a prepoſito et ſanctimonialibus in Dambeke primo fuerimus requiſiti. In cuius teſtimonium preſentibus noſtra ſigilla ſunt appenſa. Datum Saltwedele, anno domini M°. CCC°. XXII°., in die exaltationis ſancte Crucis.

LXVI. Drochtlevus und Lippold von Döhren verkaufen die Hälfte des Dorfes Linthof und der Mühle zu Möllenbeck an das Kloſter Diesdorf, am 1. Dezember 1323.

Nos drochteleuus et lippoldus, fratres, dicti de doren, coram vniuerſis et ſingulis tenore preſentium proteſtamur, quod cum conſenſu et vnanimi voluntate omnium legitimorum heredum noſtrorum vendidimus Eccleſie in diſtorp monialibus pro triginta duabus marcis et octo ſolidis luneburgenſium denariorum dimidietatem ville linthop et dimidium molendium in villa moldenbeke cum omni iure, Cum aduocatia, cum pratis, cum paſchuis, cum ſiluis, cum campis, cultis et incultis et cum omnibus attinentiis ſuis, que bona ſicut nos habuimus ſic eadem predicte moniales hereditarie optinebunt, hoc adiecto, quod ſi dicte moniales in dictis bonis impetitiones aliquas paterentur eciam quocumque modo, has nos ſicut iuris fuerit ſine periculo dictarum monialium tenemur ex warandia noſtra ſuper dicta bona et uolumus, excepta proprietate, in omnibus diſbrigare. Datum et actum Hidſakere, anno domini M°. CCC°. XX°. III°. ſequenti die beati andree apoſtoli, ſub ſigillis noſtris et ſub ſigillo domini gherardi de doren, necnon domini gherardi vuulf, militum, preſentibus domino plebano domino alberto in Hidſakere et domino olrico milite de warmisdorp et aliis fide dignis.

LXVII. Johann und Dithard, Gebrüder von Döhren, verkaufen dem Kloſter Diesdorf ihren vierten Theil des Dorfes Linthof und an der Mühle zu Möllenbeck, am 1. Dezember 1323.

Nos iohannes et dithardus, fratres, dicti de doren ad noticiam omnium hominum tenor(e) preſentium eupimus peruenire, quod cum conſenſu et vnanimi voluntate omnium legitimorum heredum noſtrorum vendidimus monialibus eccleſie in diſtorp pro ſedecim marcis et quatuor

ſolidis luneburgenſium denariorum noſtram quartam partem ville linthop et noſtram quartam partem molendini in villa moldenbeke cum omni iure, Cum aduocatia, cum pratis, cum paſcuis, cum ſiluis, cum campis, cultis et incultis, et cum omnibus attinentiis ſuis, quas quartas partes, ſicut nos habuimus, ſic et dicte moniales eaſdem hereditarie optinebunt, hoc adiecto, quod ſi predicte moniales in dictis quartis partibus impeticiones aliquas paterentur, has nos per noſtram warandiam ſuper dictas partes ſine periculo dictarum monialium tenemur et volumus, excepta proprietate, in omnibus diſbrigare. Datum et actum dannenberg, anno domini M°. CCC°. XXIII°., ſequenti die beati andree apoſtoli, ſub ſigillo noſtro et iohannis arneſolet nobiſcum proteſtantis.

LXVIII. Das Kloſter Diesdorf verſchreibt dem Pfarrer Ludolph in Clenz gegen Abtretung ſeines Rechtes an den Capellen in Bulitz und Czet eine Getreidehebung, am 14. Dezember 1325, mit Beſtätigung des Biſchofs von Verden, vom 20. März 1326.

Nos dei gracia Nycolaus, verdenſis Eccleſie Epiſcopus, Recognoſcimus omnibus chriſtifidelibus preſencia viſuris ſeu audituris publice proteſtando, Nos vidiſſe et audiuiſſe litteras honorabilis Swideri prepoſiti et Mechtildis, prioriſſe tociuſque conuentus Monaſterii Sanctimonialium in Diſtorp ac Ludolphi plebani in Clenze ſub hac forma: In nomine domini amen. Quum omnium habere memoriam pocius diuinitati congruit quam humanitati optimum eſt, ut facta laudabiliter hominum ſcripturis publicis et ydoneis teſtibus perhennentur. Hinc eſt, quod nos dei gracia Swiderus prepoſitus, Mechildis prioriſſa totuſque conuentus ſanctimonialium in diſtorp recognoſcimus omnibus preſentia viſuris ſeu audituris publice proteſtando, Quod omnis controuerſia ſuborta et iamdudum ventilata inter nos ac diſcretum virum Ludolphum, plebanum in Clenz, eſt amicabiliter concordata totaliter et ſopita, Ita videlicet, quod nos nomine Eccleſie noſtre iamdicte comparare ac emere debemus dimidium chorum ſiliginis perpetui cenſus antedicto domino Ludolpho ac ſuis ſucceſſoribus in perpetuum poſſidendum, in recompenſam Eccleſiarum ſeu Capellarum in buliz et in Czet, ſi quid iuris habere poſſent in eiſdem, pro quo dimidio Choro ſiliginis obligauimus duos manſos ſitos in villa ſterle noſtros cum omni Jure et proprietate ſeu prouentu, quemadmodum nos hactenus poſſidemus, ſupradicto domino Ludolpho ſeu ſuis ſucceſſoribus quouſque poterimus comparare dimidium Chorum ſiliginis ſepedictum. Preterea prenominatus ludolphus pro ſe ac ſucceſſoribus renunciauit omni actioni ſeu impeticioni dictarum Eccleſiarum ſeu Capellarum buliz et Czet et renunciat per preſentes. In cuius facti euidenciam Sigilla noſtra ſcilicet noſtri conuentus, Swideri prepoſiti noſtri, necnon honorabilis viri Hugonis prepoſiti in Sneghe, preſentibus ſunt appenſa. Datum anno domini M°. CCC°. XXV°. dominica qua cantatur Gaudete. Vt autem antedicta ordinacio domini Swideri prepoſiti et mechtildis prioriſſe ac conuentus in Diſtorp ac Ludolphi, plebani in Clenz, rata et inconwlſa permaneat; Nos dei gracia Nycolaus verdenſis Eccleſie Epiſcopus antedictus ipſam ratificamus et confirmamus in nomine domini preſentibus in Hiis ſcriptis. Quicunque vero hominum auſu temerario dictam ordinacionem ac noſtram confirmationem infringere ſeu violare attemptauerit, indignacionem dei omni-

potentis ac noſtram ſe nouerit incurſurum. In euidenciam vero omnium premiſſorum Sigillum noſtrum preſentibus eſt appenſum. Datum anno domini M°. CCC°. XXVI°. In Cena domini.

LXIX. Das Kloſter Diesdorf bekundet, daß Heinrich, Pfarrer zu Abbendorf, dem Kloſter eine Hufe überlaſſen habe, am 6. Januar 1328.

Nos ſuiderus prepoſitus, Mechtildis prioriſſa Totusque conuentus ſanctimonialium in diſtorpe recognoſcimus proteſtantes, quod dominus hinricus, plebanus in abbendorp temporibus domini borchardi pie memorie prepoſiti noſtri anno domini M°. CCC°. XX°. de noſtra eccleſia in villa predicta vnum manſum, qui deſertus dicitur, cum ſua area, valentem annuatim chorum ſiliginis, ad ſue vite tempora ſibi fauorabiliter comparauit. Noſtris vero temporibus dictus dominus hinricus a nobis ex noſtro conſilio et conſenſu de nouo dictum manſum deſertum emit pro XXVI marcis ſoltwedelenſium denariorum cum ſua area, valentem dimidium chorum ſiliginis annuatim et vnum pullum et ſeptem ſolidos, liberum ab omni ſeruitio et exactione, ex parte noſtra perpetuo ſub hac forma, quod mortuo domino hinrico prefato prepoſitus nomine eccleſie, pro recognitione dominarum, vnum pullum et vnum ſolidum ex dicto manſo recipiet annuatim, alios vero ſex ſolidos cuſtrix noſtre eccleſie habebit de ſepedicto manſo deſerto ad emendationem luminum ad matutinam et ad veſperam, dum cantatur de virgine benedicta, Dimidium autem chorum ſiliginis manſi pretaxati memoratus dominus hinricus viua voce, cupiens ſe participem deuotionum et orationum noſtrarum dominarum, pro ſpeciali eius memoria, ad manus et per manus domine caritatis, que fuerit pro tempore, ad conſolationem aliqualem, in aſſumptione virginis glorioſe noſtro conuentui faciendam, perpetuis temporibus aſſignauit, et predictus manſus deſertus poſitus eſt ad curiam Johannis prefecti ville ſuperius memorate. Datum ſub noſtrorum teſtimonio ſigillorum, anno domini M°. CCC°. XX°. octauo, in Epyphania domini.

LXX. Des Kloſters Oberkirchen Fraternitätsbrief für das Kloſter Diesdorf, vom 6. Mai 1328.

Waltherus, dei gracia prepoſitus, ermgardis prioriſſa totuſque conuentus eccleſie ſancte Marie virginis in overenkerken religioſis perſonis prepoſito, prioriſſe et conuentui in diſtorpe ſalutem in virginis filio benedicto. Exigente pie deuotionis affectu, quem uos ad ordinem noſtrum ex relatione honorabilis domini heynrici hot ſacerdotis habere cognouimus, damus nobis plenam fraternitatem et participationem omnium miſſarum, vigiliarum, caſtigationum, ſeiunioruu

orationum ceterorumque bonorum, que per nos noſtrosque ſucceſſores uſque in diem iudicii occulte uel manifeſte operari dignabitur clementia ſaluatoris. In cuius teſtimonium ſigillum domini prepoſiti noſtri preſenti pagine eſt appenſum. Datum anno domini M°. CCC°. XXVIII°., In die ſancti iohannis ante portam latinam.

LXXI. Krevet von Werle verkauft einen Hof, anderthalb Hufen, eine Wieſe und ein Holz zu Werle an Johann Marenholz, am 1. Mai 1329.

Ich Kreuet vonn Warle Ich bekenne ynn duſsem Jegenwerdigenn breue, dat yck hebbe vorkofft mit willen mynes wiues vnnd rechtenn eruenn Johanni Marenholtenn vnd ſinen rechten eruen einen hoff tho Warle mit anderhalue houe, vnd eyne wiſche, de het de Bluer wiſche, vnd ein holt, dat hett der kronesszol, vnd den hoff mit aller ſchlachten, mit tegeth fryg, bede frig, vnde ahn weide vnde ahnn vnweide mitt allem rechte alſo vullenkomlichen, alſe Ottho Kreuet van ſinem vader hadde vnd van ſinen rechtenn heren. Dytt ys geſchehenn nha der geborth gades Duſent Jhare Drehundert Jhar ahnn dem negenn vnd twintigeſten Jhare, Ahn Sunte Volborgis Daghe.

Nach einer vidimirten Copie.

LXXII. Stiftung und Dotirung des Altars St. Nicolai zu Diesdorf durch Gerhard Druſedow, vom 6. Januar 1332.

In nomine domini Amen, Van der gnade godes, We Henrich, Proueſt, Gerborch, priorinne vnd al de Samnunge der iuncvrowen tv diyſtorpe Heylighen leuendes vnſes heren Sancte Auguſtinus, Bekennen opliken in deſme geghenwordeghen breue, Dat Gherhart Druſedowe mit vnſeme willen, och willen ſin vnd ſiner rechten Eruen, heft bewedemet eynen altare in vnſeme godeſhus, de dar ſtheyt hinder deme chore der vrowen vnd is bewiget in de ern ſante nycolaus, met anderhaluer march vnd vochtich ſtendales ſoluers. Mit deme ſoluen ghelde hebbe we inneloſet eynen haluen witſchepel ſoltes vppe der ſulten tv allen vloden vptonemende, de dar vte ſtunt van vnſes godehuſes weghene, den achbaren borgheren, deme rade tho luneborch. Tho deme ſoluen althare ſcho(l)e we och pleghen Chalc, Boch, Gewant, Licht vnd win. Och gheue we dar tv vnſen willen, Dat den ſeluen althare ſchal verlenen tv deme erſten male deſſe varbenante gherrat Druſedowe eyneme bederueme manne, de eme vnd vns och bequeme ſi, de ſolue bederue preſter, de ſchal den altar bewaren mit godes Deneſte, alſo eyn worheyt is in der heylighen

kryſtenheyt, de wile dat hot ſin len is, vnd he met willen beſitten wil, Met deſſen beſchreuenen miſſen, des mantdaghes vor alle kriſtene ſele, des midwekens von vnſer vrowen, oder vor heyl der leuendighen, des vritdaghes van deme heilighen kruce, des ſonauendes van vnſer vrowen ſente marien, Godes mother, alſo vorder, alſe he it don mach von not weghen; velle auer dar in in de ſeluen weken eyn ander heylich ochtit, dar af ſchol de he denne holden de heylighen miſſen. Deſſen ſoluen vorbenanten preſter, den ſchol men vnſan tv der tafelen vnſes proueſtes an etende vnd an drinkende, alſo gut, alſes vnſe kappellane bruket. We ſcholen eme och gheuen alle iar eyne march ſtendales ſulueres, de wile dat he den altare ſolue bewaren wil. Wer och, dat de ſolue preſter mit godeme willen den vorbenanten altare vpgheue, oder got dat in met eme dede; dar na enſcholde ghērrat druſedowe noch neyn man ſiner rechten eruen anſprake hebben von ienigher lenware des vorbenanten altares, wenne de proueſt vnd deſſe vorbenanten vrowen tv dyſtorpe, de ſcholen deſſen ſoluen altare bewaren laten eynen anderen preſther, de ene euene kumt, mit godes deneſthe, alſe hir vorbeſchreuene ſtheyt, ewichlichen vmmer mer, de wile, de dat godeſhus ſteyt. Och ſchal deſſe vorbenante proueſt, de nu is vnd hir na komen mach, de ſchal ewichlichen in dat kloſter gheuen den vrowen alle Jar ver vnd twintich ſchillinge penninge, alſe hir ghenge vnd gheue ſint, vnd gewelker vrowen eynen beker gvdes beres vnd eyn wit brot: dit ſchal tv ſich nemen de karitaten vrowe vnd delent der ſamenunge tv deme ſeluen male, wan ſe begat de iartit gherrardes druſedowes vnde ſiner eliken vrowen, och alle ſiner leſhoueden, von den ghekomen is vnd de eme gy ith godes han ghedan, mit allen kriſtenen ſelen mit godes deneſte an vigilien vnd an ſelemiſſen. Wee ſcholen och gherarde druſedowen gheuen eynen haluen witſchepel roggen alle iar tv ſineme liue, de wile dat he leuet. Is och, dat ſin elike vrowe leuet dar na, dat deſſe vorbenante gherart druſedowe, ere leue elike wert, ſchedet van deſſer kranken werlde; ſo ſchole we deſſer ſoluen vrowen gheuen tv erme liue eynen ghanzen witſchepel roggen van vnſeme ſpikere, de ſolue mathe de dar vppe gheyt: we ſcholen er ouch antwarden dat ſulue korn in de ſtat tv ſoltwedele. Wanne auer ghot tv ſich nimt de vorbenanten vrowen in ſin rike: ſo ſchal dat ſolue vorbenante korn vallen weder in vnſe ghadeshus, ane allerhande anſprake. Were ouer ouch dat, dat we beſchuldeghet worden von gherarde druſedowen, oder von ſinen rechten eruen, dat we deſſen vorbenanten altare vnbewaret leten mit godes deneſte veyr weken, dat ſcholde we beholden met vnſeme rechte, beyde, proueſt vnd vrowen, dat we on bewaret hebben, oder bewiſen eyne redelike ſake, dar hot vmme ghelaten ſi. Diſſe vorbenanthen dinch, de ſint gheendet vnd volthoghen vppe der borch tv betzendorpe vor den achbaren ridderen: Hern Thiderike, Hern Bernharde vnd hern wernere, brodern, ghenant vnd gheheten von der ſchulenborch, Och dor bede vnſer beydenthaluen etc. —. Dat is geſchen na der iartal godes bort Duſent iar Drehundert In deme anderen iar en drutteghеſten, in deme twelften daghe der bort vnſes heren iheſu criſti.

LXXIII. Jordan von Hitzacker auf Dannenberg und ſein Vetter Dietrich, genannt von Golderden, leiſten Verzicht auf einen halben Scheffel Roggen aus der Mühle zu Alten Karmis zu Gunſten des Kloſters Diesdorf, am 29. Juni 1332.

We Jordan ridder, Genant von Hitzaker, vnd wonhaftech ſint tv dannenberghe, vnde Thyderich, vnſe vedere, knecht, ghenant vom golderden, bekennen oppeliken in deſme geghenwordighen breue, dat we mit vnſeme willen vnd aller vnſer rechten eruen, hebbet ghedan afghetich vnd wederghelaten, den Juncvrowen tv Dyſtorpe, eynen haluen wichſchepel roggen rechtes pachtes, alle iar vp to nemende tv ſunte mertines Daghe ewichliken in der molene tv olden karmiz, den we bekummert vnd vorboden hadden den vorbenanten Juncvrowen dar tv Dyſtorpe. Oppe dat diſſe vorbenanten dinch ſtede vnd vaſt ewichliken vmmer mer bliuen, So hebbe we deſſen ieghenwordighen bref dar vp ghegeuen, gheſtedeghet vnd geveſtenunget mit vnſen inghefegheln. Dat is gheſhen na der iartal godeſbort duſent iar drehundet Jar in deme anderen Jare en drutteghеſten, In der heylighen apoſtolen daghe ſente peters vnd paulus.

LXXIV. Hempo von dem Kneſebeck verpfändet dem Kloſter Diesdorf einen Scheffel Getreidezins aus der Mühle Wybelitz, am 18. October 1332.

Pateat omnibus et ſingulis, ad quos peruenerit preſens ſcriptum, Quod ego Hempo, miles, dictus de kneſbeke de conſenſu Boldewini et Paridami, necnon omnium meorum Heredum obligaui et in preſentibus obligo Domino . . prepoſito Et Conuentui in Diſtorp vnum Chorum ſiliginis in Molendino wybelitz ſingulis annis percipiendum donec domino prepoſito et Conuentui ſupradictis viginti marcas luneburgenſium denariorum totaliter perſoluemus Ego Hempo aut mei Heredes ſupradicti . . Quamdiu vero Huiuſmodi pecunia in feſto beati Johannis baptiſte ſoluta non fuerit antedictus dominus . . prepoſitus et Conuentus memoratam penſionem tollent Michique aut meis Heredibus tres marcas Luneburgenſium defalcabunt ſingulis annis quouſque ſuam pecuniam intregaliter et receperunt et extunc prefata panſio ad me ſeu ad meos heredes redibit libera et ſoluta. In quorum euidens teſtimonium ſigillum meum, boldewini et paridami Heredum meorum nomine, preſentibus ſunt appenſa. Datum anno domini M°. CCC°. XXXII°., In die beati Luce ewangeliſte.

LXXV. Das Kloſter Diesdorf verkauft ſeinen Nonnen Kunigunde von dem Kueſebeck und Eliſabeth von Bartensleben jährliche Pächte aus Eickhorſt, am 4. April 1333.

Henricus, dei gracia prepoſitus, Gerburgis, prioriſſa, Totumque Collegium ſanctimonialium in dyſtorpe omnibus hanc litteram viſuris et audituris ſalutem in virginis filio benedicto. Noſcant homines preſentis temporis et futuri, quod nos de omnium voluntate et Communi conſenſu deuotis in chriſto dominabus, ſcilicet Konegunde de kneſbeke et Elizabet de bertenſleue, profeſſis et incluſis ibidem, vendidimus annuatim pro viginti quatuor marcis luneburgenſium denariorum dimidium Chorum ſiliginis reditibus (ſic) ſingulis annis infra octauam beati martini Epiſcopi, in diſtorpe de bonis noſtris in echorſt de vna curia, in qua nunc eſt reſidens nomine proprio Henneke lutthekemam, pro voluntate predicte konegunde et Elizabet amicabiliter preſentandum. Hoc addito, quod mortua vna de predictis dominabus, ad huc autem et altera temporibus vite ſue predictum dimidium Chorum reddituum integraliter optinebit: mortuis autem ambabus predictis puellis, Tunc officium karitatis predictum dimidium Chorum ſiliginis in bonis predictis ſine aliquo obſtaculo perpetuo poſſidebit. In ſuper quod ſi predicta curia deſolaretur propter malum ſtatum terre, quod deus auertat, Tunc prepoſitus, qui nunc eſt et erit pro tempore, dabit ſepe dictum dimidium Chorum ſiliginis de noſtro granario, ſine aliquo impedimento. Igitur vt factum noſtrum ſuper eo a noſtris ſucceſſoribus rite teneatur, preſens ſcriptum noſtrorum ſigillorum munimine fecimus roborari. Datum anno domini M°. CCC°. XXXIII°., In die ambroſii Epiſcopi. Cum qua pecunia predicta miniſtrauimus precium familie noſtre, In feſto paſce anno predicto.

LXXVI. Das Kloſter Diesdorf bekundet, daß der Pfarrer Heinrich zu Abbendorf zur Beſſerung des Gottesdienſtes Hebungen aus Werle dem Kloſter überwieſen habe, am 4. März 1335.

Nos Albertus, dei gracia prepoſitus, Elyzabeth Prioriſſa, Totuſque Conuentus ſanctimonialium Cenobii in diſtorpe vniuerſis chriſtifidelibus preſentis littere inſpectoribus ſalutem in eo, qui eſt omnium vera ſalus. Hinc eſt, quod notum volumus tam preſentibus quam futuri temporis poſteris, quod dominus hinricus, plebanus ecclefie in abbendorpe dimidium chorum ſiliginis, quem in villa werlo in curia bernardi pie memorie propria pecunia comparauit, ad aucmentationem diuini officii animarum pro remedio anime ſue et in remiſſionem ſuorum peccaminum poſſidendum perpetuis temporibus aſſignauit, iſta videlicet conditione interpoſita et adiecta, quod quecumque ſanctimonialium dicto officio animarum vt premittitur in tempore prefuerit in die ſancte aſſenſionis domini omnibus et ſingulis ſanctimonialibus ſeruicium de dimidio choro prenarrato fideliter miniſtrabit, et vt memoria eiusdem domini hinrici in die pretaxato in diuinis officiis annuatim

fidelius peragatur. In cuius rei teſtimonium et euidentiam pleniorem ſigilla noſtra preſentibus duximus apponenda. Datum anno domini M°. CCC°. XXX°. quinto, ſabbato ante domini cam qua cantatur Inuocauit.

LXXVII. Das Kloſter Diesdorf bekundet den Verkauf einer Getreidehebung aus einem Hofe in Ellenberg an das Seelenamt, am 26. Juni 1335.

Dei gracia Nos Albertus prepoſitus, Elizabeth prioriſſa, Totuſque conuentus ſanctimonialium monaſterio in diſſtorpe vniuerſis chriſti fidelibus preſentibus et futuris, quibus preſentes exhibite fuerint, ſalutem in domino ſempiternam. Recognoſcimus igitur et lucide proteſtamur, Nos pro octo marcis ſtendalgenſis argenti nobis numeratis et ſolutis, vendidiſſe Religioſis dominabus ordinatis in procuratrices animarum ibidem dimidium chorum ſiliginis, Tollendum et percipiendum in feſto beati Martini ſingulis annis In Curia Ludolphi dicti krummereye reſidentis in villa Ellenberghe ſine diminutione qualibet expedite. Si vero, quod abſit et deus auertat, quod predicta Curia deſolaretur et devaſtaretur, ita ut predictus dimidius chorus ſiliginis non perciperetur de eadem vt premittitur expedite, Extunc pro tempore prepoſitus et prioriſſa predictis dominabus dimidium chorum ſiliginis antedictum de noſtro granario tenerentur preſentare, de quo vero predicto dimidio choro ſiliginis predicte domine procuratrices vniuerſis dominabus religioſis ibidem in feſto palmarum de conſolacione perpetue prouidebunt. Vt igitur premiſſa hec noſtris ſucceſſoribus innoteſcant et inviolata reſeruantur (ſic), preſentem litteram noſtrorum ſigillorum munimine deſuper dedimus communitam. Datum anno domini M°. CCC°. Triceſimo quinto, feria ſecunda poſt feſtum Johannis baptiſte natiuitatis.

LXXVIII. Sievert von Walſtawe der Aeltere übergiebt dem Kloſter Diesdorf mit ſeiner Tochter die Vogtei über drei Hufen zu Ellenberg und andere Gerechtigkeiten, am 22. Juli 1335.

Ek ſeyuert van walſtowe de Eldere, dhes walſtoue was, bekenne openbare in deſſeme breue, dat ek mit ghudeme willen vnde mit vulbort min vnde miner rechten eruen vnde mines broderers boſſen vnde hern dyderikes van der ſchulenborch vnde vortmer erer rechten eruen ghelaten vnde medegheuen hebbe dem godeſhuſe to dyſdorpe mit miner dochter de voghediye ouer dre houe In deme dorpe to Ellenberghe, mit kupenninghen vnde mit cruceſchult, vnde eyn verndel rocghen In eneme houe, dher driyer houe wonet eyn nu de heth ludeke krummereye, In dem anderen wonet nu eyn de heth heyne buringh, In deme driddhen wonet nu dyderikes weddewe, vnde eynen kotzetere, dhe ghift alle Jar twintich honere, mit ſodaneme rechte

alſo eth boſſe, vſe broder hadde, vnde alſo eth her dyderik van der ſchulenborch hadde vnde ek dat nu hebbe. Ok ſcal ek dhes goddeſhuſes rechte were weſen an dem ſuluen ghudhe vnd ſcal deme goddeſhuſe dhes ſuluen ghudes dhe lenware to ghude holden, alſo langhe, bith dat goddeſhus den Eghendom her weruen kan. Dyt loue we vorbenomede ſyuert vnde boſſe de van walſtoue gheheten ſin, vnde her dyderik van dher ſchulenborch vnde louet mit vns bode, vſe broder vnde ſine ſvne twene, ſyuert vnde ghereke, vnde Junghe ſyuert, vſe veddere, Ghereke van wuzterouwe vnde werner van dher ſchulenborch, hern bernardes ſone, mit ener ſamenden hant entruwen, alle deſſe vorebeſcreuenen dingh ſtede vnde vaſt to holdende. Dyt is geſchen na goddesbort Drytteynhundert Jar, In dhem viuendrytteghеſten Jare, In dher heylighen vrowen daghe marien magdalenen.

LXXIX. Balduin von dem Kneſebeck belehnt Heinrich Boninge und Johann Griben mit zwei Mühlen und einer Hufe in Nipitz und dem Zehnten von zwei Hufen in Ludelſen, am 30. Juli 1335.

Ego boldewinus, filius hemponis militis in kneſbeke, tenore preſencium publice recognoſco, Quod hinrico boninghe et Joanni Griben Juſto pheodali titulo contuli et in preſentibus confero bona infraſcripta videlicet duo molendina cum vno manſo ſita in villa et in Campis Nipitze necnon decimam duorum manſorum In Ludelſhen libere et quiete abſque omni ſeruitutis onere poſſidenda jure hereditario ac perpetua liberta (ſic), Ita tamen, quod ego boldewinus predictus aut mei veri heredes, cum predictorum bonorum collatio pheodalis de jure vel de facto aut quocumque modo vacuerit, Sepedicta bona pro dimidio fertone ſtendalgenſis argenti conferre debeo vel debent, quando fuero ſeu fuerint requiſiti. In quorum euidens teſtimonium ſigillum meum preſentibus eſt appenſum. Actum et datum anno domini M°. CCC°. XXXV°., In dominica die poſt Jacobi apoſtoli Glorioſi.

LXXX. Das Kloſter Diesdorf bekundet, daß Werner in dem Dorfe Werle einen halben Wiſpel Roggen zum Genuß auf Lebenszeit an ſich gekauft und dem Seelenamt zu ſeiner Memorie vermacht habe, am 2. Februar 1337.

Nos Albertus prepoſitus, Elizabeth prioriſſa, Totusque conuentus ſanctimonialium In dyſdorp, Notum facimus vniuerſis fidelibus chriſti, Quod wernerus famulus eccleſie noſtre, In villa werle In curia bone memorie Bernardi, pro parato precio ſuo comparauit dimidium chorum

filiginis ad tempora vite sue, quiete et sine aliquo impedimento possidendum, Post mortem vero suam assignauit illum ad officium animarum, Tali conditione adiecta, vt quecumque extiterit procuratrix officii predicti, conuentui de illo fidele procuret seruitium in festo sancte trinitatis pro anniuersario ipsius annis singulis peragendo. Et ne super hoc facto aliqua dubitacio oriatur litteram fecimus conscribi et sigillorum nostrorum appensione communiri. Datum Anno Domini M°. CCC°. tricesimo septimo, in festo purificacionis Marie virginis.

LXXXI. Huner von dem Knesebeck und seine Söhne Wasmod und Huner, Knechte, verkaufen einen Hof mit drei und einer halben Hufe in Jubar an das Kloster Neu-Isenhagen, am 14. Februar 1337.

Nos hunerus, wasmodus et hunerus, filii huneri iam dicti famuli de Knesbeke, In hiis scriptis publice profitemur, quod ex consensu et voluntate omnium heredum nostrorum tam presentium quam futurorum vendidimus iusto uendicionis tytulo honorabili viro domino helmico preposito in nouo ysenhagen necnon abbatisse et conuentui ibidem Curiam et Casam cum tribus mansis et dimidio dicte Curie et Case adiacentibus in villa Jobere sitas pro XXII marcis denariorum nobis integraliter persolutis, de quibus proueniunt annuatim quindecim modii siliginis et nouem modii auene Soltwedelgensis mensure, cum omni Jure et aduocatia, necnon singulis attinenciis, sicuti nos et progenitores nostri iam dicta bona possedimus, Jure hereditario perpetuo possidendum, promittentes nichilominus preposito abbatisse et Conuentui antedictis vna cum compromissoribus nostris videlicet domino paridamo milite et Johanne famulo dictis de knesbeke, consanguineis nostris, in solidum et in hiis scriptis nos super predictis mansis Curia et Casa debita tam ipsis warandiam prestaturos. Quod factum ne Cuiquam postmodum veniat in obliuionem et ne ab aliquo mortalium per iniustam violentiam infringatur, presentem paginam inde conscriptam nostris et ipsorum compromissorum nostrorum sigillis fecimus firmiter communiri. Testes vero huius sunt dominus hermannus plebanus de Lenegowe, dominus gheuehardus de wittenborgh, presbyteri, paridamus plote famulus, Johannes dictus went, Hoygerus de dystorpe, hinricus burmester, Ciues in Soltwedel, Bernardus blekede et alii quam plures fide digni. Datum Soltwedel, anno domini M°. CCC°. XXXVII°., in die valentini martiris.

LXXXII. Huner von dem Knesebeck und seine Söhne resigniren dem Markgrafen Ludewig einen Hof und drei und eine halbe Hufe in Jubar, die sie an das Kloster Isenhagen verkauft haben, am 14. Februar 1337.

Illustri principi et magnifico domino suo domino Lodewico, Marchioni in Brandenborgh et Lusacie, Hunerus, Wasmodus ac Hunerus, filii prenarrati Huneri, famuli, dicti de knesbeke tam beniuoli quam debiti seruicii promptitudinem. Nobilitati vestre Curiam et Casam cum tribus mansis ac dimidio In villa Jvbere, quas de manu vestra hactenus in pheudo tenuimus a nobis, ab Honorabili viro Domino Helmico preposito . . abbatisse et toto Conuentui in yserhaghen Empcione legitima necnon omni effectu completa comparatas, ad manus iam dictorum prepositi . . abbatisse et Conuentus Jure pheudali presentibus resignamus. In istius resignacionis euidentiam Sigilla nostra presentibus sunt appensa. Datum anno domini M°. CCC°. XXXVII°., In die valentini martiris.

LXXXIII. Albrecht, Probst zu Diesdorf, bekundet eine Stiftung der Procuratoren des Seelenamts und des Knappen Werner beim Kloster Diesdorf, am 24. November 1337.

Nos Albertus, dei gracia prepositus In Dysdorp, omnibus hoc scriptum visuris uel audituris salutem in Domino sempiternam. Cum ea, que temporaliter aguntur, a labili memoria hominum euanescant nisi autoritate scripturarum firmentur; Hinc tenore presencium protestamur et scire volumus tam modernos quam futuros, quod procuratrices officii animarum, pecunia sibi ad officium nominatum collata in villa Moldenbeke, comparauerunt Tres marcas denariorum, quas sine omni occasione recipient In Natiuitate virginis gloriose de areis, quas nunc inhabitant Crystianus, Thydericus de Rekensen, hinkere Eghert et Conradus Grames, Ciues eiusdem ville, et hec eadem officiales pia deuocione affectantes animas defunctorum amplius participari laborum et orationum conuentus statuerunt, ut cum vna marca in die Natiuitatis christi conuentui ministretur assatura, Tali conditione interposita, ne aliquid de communi prebenda subtrahatur, sed detur sicut est consuetudinis, ex gracia festi. Hiis vero duabus marcis comparetur panis et ceruisia In festo corporis christi, que ipsa die vespere inter prandendum singulis personis diuidatur in memoriam venerabilis Cene et salutifere donationis sacramenti. Item wernerus, famulus ecclesie, in predicta villa emit parato pretio suo vnam marcam, quam eciam ipse temporibus vite sue recipiet in festo prescripto de areis superius prenominatis, ipso vero defuncto cedet ad officium animarum et singulis annis die anniuersarii sui fiet conuentui consolatio de illa memoria ipsiusque agatur in missis et vigiliis tamquam dominarum nostre congregationis. Ne ergo in posterum super hoc facto aliqua dubitacionis calumpnia oriatur, hanc litteram fecimus conscribi et sigillorum nostrorum appensione roborari. Datum anno Domini M°. CCC°. tricesimo septimo, In vigilia katerine.

LXXXIV. Des Kloſters Diesdorf Bekenntniß über die Widmung und Verwendung von einer Marck Pfennige aus Moldenbeck, welche einige Nonnen des Kloſters für vierzehn Marck Pfennige von den milden Gaben ihrer Eltern dem Kloſter zu Gut gekauft haben, am 25. November 1337.

Nos Albertus prepoſitus Dei gracia, Elizabeth Prioriſſa, Totusque conuentus ſanctimonialium in Dyſdorpe Notum eſſe cupimus in hiis ſcriptis vniuerſis chriſti fidelibus preſentibus et futuris, Quod quedam virgines moniales noſtre congregacionis in villa moldenbeck emerunt vnam marcam denariorum pro quatuordecim marcis, quas collegerunt ex elemoſinis parentum ſuorum et Hanc ſummam ſingulis annis officialis animarum in Natiuitate virginis beate recipiat de Area, quam inhabitat Conradus Gramis Ciuis eiuſdem ville, omni inpedimento procul moto. Inſuper predicte virgines pia deutione et omnimoda dilectione ſtatuerunt, quamdiu durauerit cenobium noſtrum, Tam poſt mortem quam in vita earum, conuentui de predicta ſumma miniſtrari quicquid pro temporis oportunitate fuerit aut potuerit promoueri Dominica die Aduentus, qua cantatur Gaudete, Quia hec dies nupcialis eſt, ſollempnitas ipſarum qua Jheſu chriſto ſponſo virginum in vera virginitate Caſtitatis ſunt conſecrate et deſponſate in matrimonio ſpirituali, Ipſa etiam die dicetur ſociabus ſuis defunctis ex numero illius conſecrationis pſalterium cum Elemoſinis vt eſt conſuetudinis legi omnibus fidelibus defunctis. Vt igitur hec pia intentio largiflua deuotione ſtatuta rata maneat et inconnulſa, nec ab aliqua temerario auſu infringatur, Hanc paginam fecimus conſcribi et noſtrorum ſigillorum munimine roborari. Datum anno Domini M°. CCC°. triceſimo ſeptimo, in die Beate katerine virginis Glorioſe.

LXXXV. Ludolph und Henning von dem Kneſebeck und Wasmod, Ludolph's Sohn, verkaufen einen Hof in Jubar an das Kloſter Iſenhagen, am 7. Juni 1338.

Nos Ludolfus et Henningus, fratres, waſmodus, filius mei Ludolfi dicti de kneſebeke, Recognoſcimus publice proteſtando, quod de conſenſu heredum noſtrorum preſencium et pariter futurorum, ex certa ſciencia vendidimus iuſte et perpetue vendicionis tytulo Domino Helmico prepoſito, Gertrudi abbatiſſe totique conuentui ancillarum chriſti in yſenhaghen domum, curiam, aream in villa Jubere nuncupata, cum omni iure, aduocatia, proprietate, ſiluis, pratis, paſchuis, nemoribus, aquis, aqueductibus, agris, cultis et incultis, et cum omni iure, quo a noſtris progenitoribus nobis ceſſit nobis eciam integraliter perſolutis perpetuo poſſidenda, promittentes vna cum compromiſſoribus noſtris, videlicet waſmodo, Hunero, fratribus, Ywano et Paridamo, fratribus et patruis noſtris, ſimiliter dictis de kneſebeke, prefatis prepoſito et conuentui debitam warandiam preſtaturos, Quod ſub ſigillis noſtris et ipſorum compromiſſorum noſtrorum firmiter proteſtamur. Datum anno domini Milleſimo trecenteſimo triceſimo octauo, In octaua Pentecoſtes.

LXXXVI. Dietrich und Gereke von Hitzacker, Gevetter, Knappen, verkaufen zwei Höfe in Döhren an das Kloſter Diesdorf für neunzehn Marck, am 21. Februar 1339.

Ick Diderick vnnd Gereke, Manegoldes ſone, knapen vnd vedderen, gehetenn van hitzacker, dede wonen tho Golderden, Bekennen vnnd betugenn vnder vnſernn Ingeſegelen In deſſem Jegenwertigen brieue, dat wy eintrechtiglichenn, mitt vnſenn willenn vnd mit volbordt vnſer rechten erfenn verkofft vnnd verlaten hebbenn dem Probſte, der Priorinne vnnd alle der ſamlinge des kloſters tho Diſtorp thweine houe an dem Dorppe tho Dore, mitt allem rechte, mit Pachte, mitt Dinſte vnd midt allem nudt Im Dorpe, Im Velde, In holtte, In wiſchen, In weide vnnd In welcken ſtuck ſie nudt hebbenn vnd hebben mogen mit rechte vppe der ſtraten Im Dorpe na houe tale, vor twyer marcke myt den ſouentegen, de vns betalet ſin, ewiglickenn tho hebbende vnd tho beſittende, alſe wyſe beſeten vnd gehat hebbenn wente In duſſem dach, vnd alſe ſe vns vnſe alderen geerffet hebbenn. Ock ſchole wy der hofe rechte where weſeh, vnd entleddigen ſe vann aller anſpracke vnd hindere, vnd ſchollen dem godeshuſe de lehnwehre der houe tho gude holden, wente dat godeshuſs den egendom erwerffen kan, vp eynem hofe wonet Benecke Langeneſe, vnd gift alle Jare andertthaluenn Wiſpell roggenn vnd ein hoen, vp dem andern wonet ein, de hett Deckert vnd gift II wiſpell roggenn vnd ein hoen. Sunder den halfen wiſpell hebbe wy verkoft tho liue, wen he loeſs werdt, ſo feldt he wedder an vns vnd vnſen rechten eruen, vnnd beholden one an Decherdeſs houe. Tho eyner vulkommen wiſſenheitt vnnd redtlicheitt Duſſer verkopinge hebbe wy tho borgen geſettet dem godeſhuſe vnſe frundt de hernabeſchreuen ſindt vullthodoende mit vns vnd vor vns In duſſen vorgeſchreuen ſtucken, iffte des noth is, wen wy des gemanet werdenn. Des louen wy herr Jurgenn Hytzacker, ridder, vnd Gotz van Hitzacker, knape, de de wonet tho werder mit eyner ſammenden handt In treven mit Thide vnd gerken vnd vor Tyden vnd gerken, dem Proueſte, der Priorinnen vnd godeshuſe tho dyſtorpe, dat wy willenn vnnd ſchollenn dat vorbenohmede gudt entleddigen vnd entwerenn van alleme hinder vnnd anſprackenn, dem godeshuſe alſe we von rechte ſcholden, wen wy des ermant werdenn, Darna binnen vier wakenn ſchollen wy riden In de ſtadt tho Luneborch, vnd nichtt daruth, we en hebben dem godeshuſe dat gudtt entleddigtt vnd entworen. Inn eyer betoginge vnnd ſtedigkeit Deſſer vorbeſchreuen dinge hebbe wy vnſe Ingeſegell mitt Tide vnd Gerken vorbenohmeden gehenget Tho duſſem Jegenwartigem brieſe. Datum et actum anno domini M. CCC. triceſimo nono, feria quinta Ante Dominicam qua cantatur Reminiſcere.

LXXXVII. Das Kloſter Diesdorf bekundet, daß es an Nonnen einen halben Wiſpel jährlicher Weizenpacht aus Döhren verkauft habe, am 23. April 1339.

Nos Albertus prepoſitus Dei Gratia, Mechtildis Prioriſſa, Totusque conuentus Sanctemonialium In Dyſdorp Recognoſcimus et preſentibus lucidius proteſtamur, quod diligenti con-

ſenſu voluntatis noſtre vendidimus Religioſis et in chriſto deuotis monialibus noſtris Elyzbeth de Dannenberghe, Ghertrudi de noua Ciuitate, Lucie kalenen necnon Margareta Hoyen dimidium chorum ſiliginis pro tredecim marcis cum dimidia luneburgenſium denariorum ad habendum percipiendum ipſum annis ſingulis in villa Dhore in Curia et de Curia, quam pronunc Beneke Langheneſe poſſidet habitando. Ita tamen, quod ipſis per dictum Beneken Langheneſe et per ſingulos ſibi ſuccedentes in feſto Beati Martini Epiſcopi in dyſdorp quam promptius preſentetur, Conditionibus infraſcriptis videlicet Elyzabeth de Dannenberghe quatuor modios, quos comparauit ad fabricam et renouationem Cerei tricati, cuius officio preeſt aut quicunque tali officio prefuerit, qui infra miſſam miniſtratur eleuationi Jheſu chriſti ad laudem ipſius et deuocius in honorem, Sed alios octo modios dicte moniales ſcilicet Gertrudis de noua Ciuitate, Lucia kalene et Margareta Hoyeri diebus vite ſue percipient et habebunt. Inſuper vna predictarum mortua reliquis duabus et duabus mortuis, tercie ex ipſis perſone viuenti ſine diminutione qualibet vt premittitur volumus preſentari, ipſis tamen tribus mortuis, quatuor modii cedent officio cerei memorato, et quatuor modii nichil obſtante cedent officio karitatis. In Cuius vendicionis et emptionis Teſtimonium et noticiam firmiorem preſentem litteram ipſis noſtris ſigillis dedimus communitam. Datum et Actum Anno Domini Milleſimo Tricenteſimo Triceſimo nono, In die Beati Georgii Martiris Glorioſi.

LXXXVIII. Fritz von Verderden, Gebhard und Conrad von Weferlingen verpflichten ſich dem Kloſter Diesdorf zum Erſatz für zugefügten Schaden, am 9. Januar 1340.

Ek Vritze, knape, gheheten van Verderden Sakenwoldhe, Her Gheuert, riddere vnde Conrad, ſin ſone, gheheten van Weuerlinghe, bekennen in diſſeme opene breue, dhat we willen vnde louen mit ſammeder hant entruwen, dhem Proueſte, dhem Goddeſhuſe to dyſdorp vude tho erer hant Her Paridame, riddere, vnde Paridame, knapen, Hern Hempen ſone, gheheten van dhem knesbek weder tho gheuende en ſchok vehes vnde hundert Scap vor Schaden, dhe dhem Goddeſhuſe to dyſdorp van miner weghen Vritzen gheſchen is, en edder eren warhaftighen boden dhat vhe vnde dhe Scap to antwordende, tho kaluordhe tho lechtmiſſen, dhe nilkeſt komen, ane twiuel. Were ok, dhat vorbenomede vhe vnde dhe ſcap na dher vorbeſcreuen tale nicht al betalet vnde wedergheuenne worde tho lechtmiſſen, Ekt ſo loue we Vritze vnde Geuert vnde Conrad mid ſammeder hant en truwen dhem Proueſte, dhem Goddeſhuſe vnde tho erer hant Hern Paridame vnde Paridame jo vor dat Houet vehes to geuende vif lot vnde vor dhat ſcap en lot ſtendalgenſes ſuluers tho nilkeſten mituaſten betalende vnde tho gheldene in dher ſtad tho gardeleghen ane Jhenegherhande arghelift vnde vortoghe. Diſſer beſcreuene dingh ſin tughe vnde dedingheſludhe gheweſen Her Gunzelinus van Bertensleue dhe Junghere vnde Bertrammus van Velthem. Tho ener vullenkomenen redelicheyt vnde wiſſenheyt diſſer beſcreuene dingh hebbe we alle dre Vſe ingheſeghele ghehenght to diſſem breue. Datum anno domini M°. CCC°. XL°., die dominica ante Epiphaniam domini noſtri Saluatoris.

LXXXIX. Wasmod von dem Knesebeck verkauft mit Consens seines Bruders einen Hof und zwei Hufen in Jubar an das Kloster Isenhagen, am 9. Dezember 1340.

Ego wasmodus famulus dictus de Knesebeke, Recognosco in hiis scriptis, quod cum consensu fratris mei domini Paridami militis, necnon omnium heredum meorum tam presencium quam futurorum vendidi iuste uendicionis titulo preposito, abbatisse totique conuentui sanctimonialium in ysenhaghen curiam vnam et duos mansos in villa Jubere cum directo dominio, necnon omni iure et attinenciis suis tam in villa quam extra, sicut michi a progenitoribus meis successerunt et qua possedi possessione pacifica et quieta, nichil iuris michi uel meis reseruans in predictis temporibus sempiternis possidendos, promittens nichilominus preposito antedicto et ad manum suam discretis viris domino Johanni de Reinstede clerico, Hinrico de molendino, Nicolao de Toppenstede, Johanni Hoyeri, burgensibus in Luneburgensi vna cum compromissoribus meis, videlicet domino Paridamo prefato, necnon Ludolfo, Hunero, Ywano famulis, patruis meis dilectis, similiter dictis de knesbeke in solidum in hiis scriptis, me super dictis mansis et curia debitam warandiam prestaturum. Quod factum ne cuiquam postmodum ueniat in obliuionem, et ne ab aliquo mortalium per iniustam uiolenciam infringatur, presentem paginam inde conscriptam meo et ipsorum compromissorum meorum antedictorum sigillis feci firmiter communiri. Testes huius sunt dominus Boldewinus de Bodendic, miles, necnon Paridamus famulus de ploto. Datum anno domini M°. CCC°. quadragesimo, sabbato post Nicolai.

XC. Conrad, Wolter und Werner von Boldensen bekunden, daß Heinrich von Boldensen sich mit einem Wispel Malz von ihnen frei gekauft habe, am 31. März 1341.

Ek Conrad, wolter vnde werner, brodere vnde knapen, gheheten van Boldensen, bekennen in desseme breue vnder vsen Inghesseghelen, dhat Heyne van Boldensen, dhes Godesshuses man van Dysdorpe, dhe tho Smolene wonet, sich vnde sine rechten eruen hest vry koft van vns vnde van vnsen eruen vor eynen wyschepel molthes mit dissene vndersschede, were dhat dhen vorsprokenen Heynen eder sine eruen Jhemen anspreken vor eghen eder vor dedene, dhat loue we mit sammeder hant entruwen, dhat we se scolden dar af entledeghen. Were ok, dat we dhes nicht don ne konden, so scholde we dhem vorbenomeden Heynen vnde dheme Godesshuse eynen wyschepel moltes weder gheuen. Testes huius sunt Dominus Paridamus de knesbek et Dominus Baldewinus de Bodendike, milites, wernerus de Bodendike et wernerus et Conradus de Boldensen, Eghardus de ghylthen, famuli, et plures fide digni. Datum Anno domini M°. CCC°. quadragesimo primo, In vigilia Palmarum, nostris sub sigillis.

XCI. Das Kloſter Diesdorf verkauft einen Wiſpel Getreide aus Eikhorſt an die Jungfrau Kunigunde von dem Kneſebeck, Vorſteherin des Caritäten-Amtes, zu Memorien für Eliſabeth, Buſſe und Werner von Bartensleben und Hempo von dem Kneſebeck, am 1. April 1341.

Nos Albertus prepoſitus dei gracia, Mechtildis prioriſſa, Totuſque Conuentus Sanctimonialium in Dyſtorp chriſti fidelibus vniuerſis ſalutem in domino. Quia venerabilis matrona, anno domini M°. CCC°. III°. VIII°. ydus februarii, videlicet Margareta coniux domini Balduini militis de kneſebeke piarum recordationum de noſtro Granario comparauerat duos choros ſiliginis cum quibus in anniuerſariis vtrorumque tempore ſuo due conſolationes refectiue conuentui miniſtrabantur, ſed ex nunc amborum anniuerſaria ad dominicam Oculi tranſponimus ſimul et ſemel deuocius peragenda annis ſingulis et extunc vnica conſolatio refectiua cum vno choro ſiliginis predictorum noſtro Conuentui fidelius procuretur. Recognoſcentes igitur lucidius per preſentes, quod reliquum chorum ſiliginis vendidimus pari conſenſu dilecte nobis Conmoniali domine konegundi de kneſbeke, exnunc Officii karitatis amminiſtratrici, pro triginta marcis perſolutis, Ita quod ipſa aut amminiſtratrix dicti Officii qualiſcunque dictum choros ſiliginis percipere et habere debeat ſingulis annis expeditius in feſto beati Martini de Curia noſtri ſubditi Luttekemannes in Ekhorſt, eidem Officio perpetue conmanendo et ex inde memoria domine Elyzabeth de Bertenſleue, domino Hemponis de kneſbeke, Dominorum Buſſonis et werneri dictorum de Bertenſleue, militum, et omnium, qui dicto Officio benefecerunt et ſint benefacturi, ſingulis annis in die Berwardi deuocius peragatur. Ceterum ſi dicta Curia efficeretur deſerta, extunc dictum chorum ſiliginis de noſtro Granario domino konegundi aut dicti Officii amminiſtratrici qualicunque annis ſingulis feſto quo ſupra precipimus et obligamur preſentari. In huius facti euidenciam ſigilla noſtra concorditer ſunt appenſa. Datum anno domini M°. CCC°. XL°. primo die Palmarum.

XCII. Götz's von Schwanebeck Obligation für den Probſt zu Diesdorf über eine Schuld von dreiundzwanzig Marck Lüneburger Pfenninge, am 3. Mai 1341.

Ek Ghoż van Swenbek bekenne in diſſeme opene breue vnder mineme ingheſeghele, dhat ich loue entruwen Hern Alberte van Hydzackere, dhem proueſte tho dyſdorpe, vnde tho ſiner hant Conrad kokemeſter, dhe dhar prouene heft, dre vnde twintich mark Luneburger penighe ſunder twiuel tho bethalende binnen dhen achte daghen ſancte Mychahelis, mid penighen eder mid pande vnde dhar tho tho donde alſo pandes recht is, vnde hebbe an borghen gheſat vul tho dondenn vor me, ift dhes noth ſy, dhe hir na beſcreuen ſtan. Dhes love Her Albert Bocmaſte, riddere, Johan Bocmaſte vnde Ekhard van Gylthen, knapen, mit ener ſammeden hant entruwen vor Ghoſe vnde mid Ghoſe, Ift dhem proueſte vnde Conrade dhen

vorbenomeden Jenich broke worde an Ghoſe, dhem ſakewolden, dhat we dhat willen holden vnde dvn alſe he ghelouet heft. Tho ener bekantniſſe diſſes louedes hebbe we vſe ingheſeghel ghehenght tho diſſeme breue. Datum Anno domino M°. CCC°. quadrageſimo primo, In die Inuencionis Sancte Crucis.

XCIII. Das Kloſter Diesdorf bezeugt, daß Johann von Remſtedt zwanzig Marck dem Kloſter vermacht habe, am 7. Dezember 1343.

Dei Gracia Mechtyldis Prioriſſa Totusque Conuentus ſanctimonialium In Dyſdorpe noſtri ſub appenſione ſigilli ſcire cupimus vniuerſos, Quod Anno Domini M°. CCC°. XXXVI°. infra Octauam Beate Agnetis diſcretus vir et dominus Johannes de Remſtede felicis memorie pietate motus circa nos nobis dederat vnum plauſtrum ſalis noſtro Conuentui perpetue commanendum, Quod a termino dedicationis, nobis in bono amminiſtratorie retinuit apud ſe et ſingulis Annis de prouentibus dicti plauſtri vnam tunnam allecum ad inpertiendum inter nos omnibus ſextis feriis dare conſueuerat expedite, Nouiſſime tamen videlicet feria ſecunda infra Octauam Beati Martini cum fuerat apud nos, intra circuiens, noſtrum clauſtrum videns vndique confractum, dixerat ſe habere denarios a dicto plauſtro ſalis deriuatos numero viginti marcarum denariorum, cum quibus deberemus huiusmodi reparare diruta in tantum ſupra quod cuilibet domine ſolidus debet inpertiri et has marcas ſeu denarios Conradus kokemeſtere noſtro ſeruo cum primitus veniret Luneborch ſe velle preſentare, Quare rogamus Reuerendos Dominos . . ſuos teſtamentarios, ut huiusmodi datum et dictum gratioſius apud nos ſub fauore maneat inconuulſum. Ceterum preſcripta a domino Johanne oretenus a nobis audita tenore preſentium proteſtamur omnes vera, Heſitantibus in premiſſis hoc vltro jure nos decente proteſtabimur requiſite. Datum Anno Domini M°. tricenteſimo quadrageſimo tercio, ſecunda dominica aduentus domini, Qua Cantatur Populus ſyon.

XCIV. Pardam von dem Kneſebeck ſchenkt dem Kloſter Diesdorf zu ſeiner Memorie einen Hof und zwei Hufen in Döhren, am 8. Dezember 1343.

Ick Pardam van dem kneſsebeke, wanaſtich To wytinghen, bekenne apenbare in duſſem breue vor alle den, de en ſsen, horen edder leſen, dat ick myt guden willen vnd myt vulbort myner eruen hebbe gegheuen in de ere des benedigeden godes vnde ſiner werden moder marien der menen ſammelinge To dyſtorppe eynen hoff mytd Twen houen in dem dorpe To dore, dar nu to deſſer titd ynne wonet Clawes koneken, dar he alle jar van gheuen ſchal vppe

ſunte michaelis dach viff verndel Roggen in dat Cloſter To dyſtorpe myner weſsken ver alheyden van dem Kneſsebeke vnde wen ſse vort to cloſter nymmet van vnſem ſlechte, Dar ſchollen ſse myne dechtniſſe vor beghan laten vnde van holden laten myt vigilien vnd myſſen in dem daghe vnſer leuen vrouwen der bodeſchop. Ock ſchollen ſse der ſammelinge dar van gheuen vnd van delen, watd ſse dar vor to der titd tughen konen. Duſſe vorgeſcreuen dingh vnd ſtucke wil Ick Pardam van dem kneſsebeke rechte warende weſen, wanne, wur vnd wo dicke ſse des bederuen vnd notd is alle de wile, dat ick leue. Wan ick ouer var bin vnd ſse dar ane brock hedden, ſso moghen de vorbenomeden Juncfrouwen darynne panden laten ane allerleyge wedderſprake. Deſſe ſtucke ſtede vnd vaſt to holdende ane allerleyge argheliſt vnd wedderſprake, to enem orkunde hebbe ick witliken myn Ingheſegel hengen laten an duſſen apen breff, de gegheuen is Na godes bort Duſentdrehundert in deme dre vnd vertegheſten Jare, Ipſo die Conceptionis Marie virginis matris domini Jheſu chriſti.

XCV. Werner von Bartensleben reſignirt dem Kloſter Diesdorf einen Wiſpel und ein und zwanzig Scheffel Roggen aus dem Dorfe Henningen zu Memorien und als Erſatz für zugefügte Schäden, am 15. Auguſt 1316.

Ego Wernerus filius quondam Domini Werneri militis dicti de Bartenſleue Omnibus preſencia viſuris ſeu audituris Lucidius recognoſco, quod ob ſalutem parentum meorum et fratris mei Domini Borchardi militis, pro dampnis ab ipſo Domino Borchardo Clauſtro dyſdorpe illatis, libero reſigno, do et aſſigno pro me et meis veris heredibus duos choros ſiliginis, modiis tribus minus in villa Henninghe annis ſingulis in Curiis infraſcriptis poſt obitum Criſtiani dicti Dueles ac vxoris ſue Elizabet Ciuium in ſoltwedel tollendo(s) extunc perpetue poſſidendos, videlicet de Curia Henneken van Prolop et Thydeken klenczeman decem et Octo modios, Item de Curia Henneken Benen decem et Octo modios et de Curia frederici de Bernebeke nouem modios, quos ipſi et accole ſuccedentes expeditius perſoluent. Inſuper Ego wernerus et waſmodus de kneſbeke, ſocrus meus, reſidens Bromis, promittimus et obligamus nos predicta bona warandare et ab inpeticione qualicunque penitus et totaliter diſbrigare. In Cuius reſignacionis et aſſignacionis Teſtimonium ſigilla noſtra preſentibus ſunt appenſa. Datum Anno domini M°. CCC°. quadrageſimo ſexto in . . . . . Aſſumptionis virginis glorioſe.

XCVI. Markgraf Ludwig giebt Rechte zu Berckmoor, Höddelſen und Haſelhorſt dem Kloſter Diesdorf auf, am 19. Februar 1347.

Nouerint vniuerſi tenorem preſencium inſpecturi, Quod Nos Ludowicus, dei gracia Brandinburgenſis et Luſacie Marchio, Comes palatinus Reni, Bauarie et karinthie Dux, Sacri romani imperii archicamerarius, Tyrolis et goricie comes, ad liberam et voluntariam reſignationem quorundam reddituum infraſcriptorum per Strennuum virum Paridam de kniſebek fidelem noſtrum dilectum, coram nobis beniuole factam, ob id quod ſe magis aptius requiſitus tempore neceſſitatis ſe offerente ad noſtra obſequia de cetero diſponere valeat, que tamen nobis hactenus vt frequentius cum decencia commendabiliter vocatus exhibuit et fecit necnon ob reuerenciam et honorem omnipotentis dei, glorioſe genitricis ſue virginis marie omniumque ſanctorum ut diuinus cultus deinceps magis augeatur, ac eciam in remedium et perhennem magnificorum principum marchionum brandenburgenſium predeceſſorum noſtrorum felicis recordationis, noſtre, heredum ac ſucceſſorum noſtrorum animarum memoriam appropriauimus et appropriare decreuimus, Honorabilibus et deodicatis perſonis, abbatiſſe, Prioriſſe totique Conuentui clauſtri Diſtorph benedicti Ordinis, verdenſis dyoceſis, preſentibus et futuris deuotis nobis dilectis, videlicet tres marcas argenti puri cum dimidia marca eiuſdem argenti annuorum reddituum, in cenſu et aduocatia villarum Berkemoor, Hodelſen et haſelhorſt ſitas omni eo iure, quo predictus Paridam pretactos redditus a nobis tenuit et poſſedit, in antea perpetuis temporibus ſine inquietatione qualibet, quiete et pacifice pertinendas. Renuntiantes pro nobis, heredibus et ſucceſſoribus noſtris, omni iure, actioni ac inpetitioni, que nobis in premiſſis redditibus conpetebant uel conpetere potuerint in futurum. In Cuius rei teſtimonium preſentes dari fecimus, ſigilli noſtri appenſi munimine firmiter communitas. Teſtes vero huius ſunt Strennui viri Albertus de wolfiſtain, wolfhardus de Satzenhofen, Beringerus hele marſchalcus noſter et wilhelmus de Bombrecht pincerna noſter cum ceteris pluribus fide dignis. Datum in Tankowe, anno domini M°. CCC°. XL°. ſeptimo, feria ſecunda proxima poſt dominicam, qua cantatur Inuocauit.

XCVII. Berthold von Veltheim und Wilhelm von Sampleben bezeugen die Aufgabe von drittehalb Hufen zu Eveſſen an das Kloſter Diesdorf, am 21. Juli 1348.

Ek her bertolt van velthem vnde her wilhem van tzampleue, riddere, bekennen des, dat we hebben dar ouer gheweſen, dat heyneke hermanns van Eueſſem heft ghelaten vry van aller Erfliken anſprake dridde halue houe tho eueſſem deme Godeſhuſe tho dyſdorpe, de he bowede vnde dar dat godeſhus ſine malder af gaf, jo van der houe ſeuentwintich hymptен brunſwickeſcher mate, de malder hadde he veyr Jar verſeten an dat nye, dat do was, des ghift eme de proueſt tho den verſeten malderen dat nye, dat tho komen was, two lodeghe mark. Hir heft mer ouer gheweſen heyneke wiſlinge, de lantgogreue was, vnde Johan de gogreue vnde

andere bure van Eueſſem, vnde her albrecht de perrer van weuerlinghe, vnde her bertold van velthem, Capellan to ſente Odalrike tho Brunſwich, vnde vele guder lude. Deſſe bref is ghegheuen na der bort goddes duſent Jar drehundert Jar, in deme achten vertheghеſten Jare, in ſente marien magdalenen auende, In heyneken hus wiſlinge des vorbenomeden ghoghreuen tho eueſſem.

XCVIII. Verſchreibungen des Kloſters Diesdorf für einzelne Conventualinnen, welche zum Ankauf von Wiedersdorf Beiträge geleiſtet haben, vom 24. Juni 1349.

Nos Albertus prepoſitus, Mechtyldis Prioriſſa Totuſque Conuentus ſanctimonialium in Dyſdorpe chriſtifidelibus vniuerſis recognoſcimus per preſentes, Quod in chriſto nobis dilecte videlicet Luckardis, Alheydis, Ghodele, Berta, Mechtyldis et Mechtyldis dicte de Bertensleue et de Oberghe, noſtre commoniales, pro viginti et quinque marcis denariorum Luneburgenſium, in empcionem ville wyderſdorpe expoſitis et conuerſis, ademerunt ſibi in eadem villa vnum chorum ſiliginis ad tollendum ſeu habendum tantumdem ad tempora ſui vite de curia, quam pro nunc Henneke frater ſculteti inhabitat, annis ſingulis In feſto Beati Martini per dictum Henneken ſeu per quemlibet dictam Curiam poſſidentem dandum predictis et preſentandum, ſub hac forma, Ita quod quecunque ex predictis commonialibus noſtris longius ſuperuixerit predictum chorum ſiliginis, ac ſi omnes viuerent, integritate totali percipiet et habebit ſuſtulendo, Poſt mortem vero omnium predictarum ſepedictus chorus ſiliginis cedere debebit ad officium omnium animarum perpetue in remedium animarum ſuarum parentum et omnium amicorum ſuorum ad ſalutem. In Cuius facti ſeu recognitionis teſtimonium preſens ſcriptum noſtris ſigillis dedimus communitum. Datum et Actum Anno domini M°. CCC°. Quadrageſimo nono, in die Beati Johannis Baptiſte martiris glorioſi.

Nos Albertus prepoſitus, Mechtyldis Prioriſſa Totusque Conuentus ſanctimonialium in dyſdorpe chriſtifidelibus per preſentes recognoſcimus vniuerſis, Quod in chriſto nobis dilecte videlicet Ermegardis de kneſbek, Ghertrudis de Bodendike, Mechtyldis et Mechtyldis, noſtre commoniales, pro ſex marcis et quatuor ſolidis Luneburgenſis denariorum in empcionem ville wyderſdorpe expoſitis et conuerſis, ademerunt ſibi in eadem villa vnum quartale ſiliginis ad tollendum ſeu habendum tantumdem ad tempora ſui vite de Curia, quam pro nunc Thydeke inhabitat, annis ſingulis in feſto Beati Martini per dictum Thydeken ſeu per quemlibet dictam Curiam poſſidentem dando predictis et preſentando in hunc modum, ita quod que ex hiis quatuor noſtris commonialibus prenotatis diutius ſuperuixerit predictum quartale ſiliginis totaliter, ac ſi omnes viuerent, percipiet et habebit ſuſtulendo, poſt obitum vero predictarum ſepedictum quartale ſiliginis cedere debebit ad officium animarum, pro quo procuratrices dicti officii annis ſingulis vnum porcum procurabunt in feſto Beati Martini dare ad conſolationem perpetue noſtro conuentui in remedium animarum ſuarum et omnium parentum et amicorum ſuorum in ſalutem, cottidiana tamen prebenda ſalua commanente. In Cuius facti ſeu recognitionis teſtimonium preſens ſcriptum noſtris ſigillis dedi-

mus communitum. Datum et Actum anno domini M°. CCC°. Quadrageſimo nono, in die Beati Johannis Baptiſte martiris glorioſi.

Nos Albertus prepoſitus, Mechtyldis Prioriſſa Totusque Conuentus ſanctimonialium In Dyſdorpe chriſtifidelibus per preſentes recognoſcimus vniuerſis, Quod in chriſto nobis dilecte videlicet Oda de Bruneſwich, yda de molendino, eius matertera, noſtre commoniales, necnon Dominus de Vryſak noſter Cappellanus pro viginti et quinque marcis denariorum Luneburgenſium in emptionem ville Wyderſdorpe expoſitis et conuerſis, ademerunt ſibi in eadem villa vnum chorum ſiliginis ad tollendum ſeu habendum tantumdem ad tempora ſui vite de Curia, quam pronunc Arnoldus velehauere inhabitat, annis ſingulis in feſto Beati Martini per dictum Arnoldum ſeu per quemlibet dictam Curiam poſſidentem dando predictis et preſentando ſub hac forma, Ita quod ex hiis tribus prenominatis diutius ſuperuiuens predictum chorum ſiliginis ac ſi omnes viuerent integritate totali percipiet et habebit ſuſtulendo, Poſt obitum vero predictorum ſepedictus chorus ſiliginis ad duas conſolationes perpetue cedere debebit, ſcilicet dimidius chorus ad conſolationem in feſto decem milium martirum et alter dimidius ad conſolationem in feſto Mathye, quas procurare debebit, cui preſens littera preſentetur, in remedium animarum noſtrarum et omnium progenitorum noſtrorum (ſic) in ſalutem, attamen cottidiana prebenda ſalua commanente. In Cuius facti ſeu recognicionis teſtimonium preſens ſcriptum ſigillis noſtris dedimus communitum. Datum et Actum Anno domini M°. CCC. Quadrageſimo nono, In die Johannis Baptiſte martiris glorioſi.

Nos Albertus prepoſitus, Mechtyldis Prioriſſa Totusque Conuentus ſanctimonialium in Dyſdorpe chriſtifidelibus vniuerſis recognoſcimus per preſentes, Quod in chriſto nobis dilecte, videlicet Erradis et Alheydis, procuratrices fabrice Candelarum Corporis chriſti, noſtre Commoniales, pro ſex marcis denariorum cum quatuor ſolidis in emptionem ville wyderſdorpe expoſitis et conuerſis, ademerunt fabrice candelarum corporis chriſti in eadem villa vnum quartale ſiliginis ad tollendum et percipiendum a procuratricibus dicte fabrice de Curia cuiuſdam dicte thydekens, quam ipſe pronunc inhabitat, annis ſingulis in feſto Beati Martini per dictum Thydeken ſeu per quemlibet dictam Curiam poſſidentem dando predictis ac perpetue preſentando. In Cuius facti ſeu recognicionis teſtimonium preſens ſcriptum noſtris ſigillis dedimus communitum. Datum et Actum Anno domini M°. CCC°. Quadrageſimo nono, In die Beati Johanis Baptiſte martiris.

Nos Albertus prepoſitus, Mechtyldis Prioriſſa Totusque Conuentus ſanctimonialium In dyſdorpe chriſtifidelibus vniuerſis recognoſcimus per preſentes, Quod in chriſto nobis dilecte Ermegardis, Ermegardis, Ghertrudis et Margarete, noſtre commoniales, pro viginti et quinque marcis denariorum Luneburgenſium in Empcionem ville wyderſdorpe expoſitis et conuerſis ademerunt ſibi in eadem villa vnum chorum ſiliginis ad tollendum ſeu habendum tantumdem ad tempora ſui vite de Curia, quam pronunc Herman ſtenekens inhabitat, annis ſingulis in feſto Beati Martini per dictum Henneken ſeu per quemlibet dictam Curiam poſſidentem, dando predictis et preſentando ſub hac forma ita quod quecunque ex predictis commonialibus noſtris diutius ſuperuixerit, predictum chorum ſiliginis ac ſi omnes viuerent integritate totali percipiet et habebit. Eciam ad inſtantiam predictarum noſtrarum commonialium per preſentes proteſtamur, quod ſi ex permiſſione dei fieret vt Leonardus Longus Ciuis in Luneburch duas filias videlicet Criſtinam et Margaretam, et ſi Johannes longus duas filias legitimas videlicet Alheydim et Beatricem, adhuc ſeculares, habitu noſtro nobiscum veſtirentur et ſuſciperentur in moniales, extunc predicte filie Leonardi longi dimidium chorum et filie Johannis longi alium dimidium chorum, quem ſibi

predicte commoniales noſtre comparauerunt, ad tempora ſui vite eciam habebunt, ſicut ipſe ſuſtulendo, et eiſdem a dicto Hermanno ſtenekens ſeu a quolibet cultore ſibi ſuccedente debeat preſentari annis ſingulis in feſto Beati Martini vt premittitur expedite et vltima que ſuperuixerit ex filiabus Leonardi uel Johannis longi ſepedictum chorum ſiliginis integraliter optinebit. Poſt mortem vero omnium predictarum predictus chorus ſiliginis cedere debebit ad officium karitatis et procuratrix ſeu procuratrices dicti officii procurare debebunt noſtro conuentui conſolacionem fieri perpetue ad diem Beate Anne annis ſingulis in remedium animarum ſuarum et omnium parentum ſeu amicorum ſuorum in ſalutem, cottidiana tamen prebenda ſalua permanete. In Cuius facti uel recognicionis teſtimonium preſens ſcriptum ſigillis noſtris dedimus communitum. Datum et Actum Anno domini M°. CCC°. Quadrageſimo nono, in die Beati Johannis Baptiſte matiris glorioſi.

Nos Albertus prepoſitus, Mechtyldis prioriſſa Totusque Conuentus ſanctimonialium in Dyſdorpe omnibus preſentia viſuris et audituris cupimus fore notum, Quod in chriſto nobis dilecte Alheydis et Ghertrudis ſorores dicte de Vlſen, commoniales noſtre, pro duodecim marcis Luneburgenſium denariorum cum VIII ſolidos in emptionem ville wyderſdorpe expoſitis et conuerſis, ademerunt ſibi in eadem villa dimidium chorum ſiliginis, adtollendum ſeu habendum tantumdem ad tempora ſui vite, de Curia, quam pronunc ſcultetus inhabitat, annis ſingulis in feſto Beati Martini per dictum ſcultetum ſeu per quemlibet dictam Curiam poſſidentem dando predictis ac preſentando ſub hac forma, Ita quod ex hiis duabus diutius ſuperuiuens predictum chorum ſiliginis ſine diminutione totaliter ac ſi ambo viuerent percipiet et habebit ſuſtulendo. Poſt obitum vero predictarum predictus dimidius chorus ſiliginis cedere debebit in Conſolacionem ad feſtum feſtum Symonis et Jude perpetue et cui littera preſentetur extunc conſolationem hanc conuentui prouidebit. In Cuius facti ſeu recognitionis teſtimonium preſens ſcriptum ſigillis noſtris dedimus communitum. Datum et Actum anno domini M°. CCC°. Quadrageſimo nono, In die Beati Johannis Baptiſte martiris.

Nos Albertus prepoſitus, Mechtyldis Prioriſſa Totusque Conuentus ſanctimonialium in Dyſdorpe omnibus chriſtifidelibus recognoſcimus per preſentes, Quod in chriſto nobis dilecte Margareta et Zacharia dicte de Mulen, noſtre commoniales, pro ſex marcis cum quatuor ſolidis Luneburgenſium denariorum in empcionem ville wyderſdorpe expoſitis et conuerſis ademerunt ſibi in eadem ville vnum quartale ſiliginis adtollendum ſeu habendum, tantumdem ad tempora ſui vite, de Curia, quam pronunc Thydeke inhabitat, annis ſingulis in feſto Beati Martini per dictum Thydeken ſeu per quemlibet dictam Curiam poſſidentem dando predictis et preſentando in hunc modum, Ita quod ex hiis duabus diucius ſuperuiuens predictum quartale ſiliginis totaliter, ac ſi ambe viuerent, percipiet et habebit, Poſt obitum vero predictarum ſepedictum quartale ſiliginis cedere debebit ad officium omnium animarum perpetue commanendo in remedium animarum ſuarum et omnium parentum et amicorum ſuorum ad ſalutem. In Cuius facti ſeu recognitionis teſtimonium preſentem litteram noſtris ſigillis dedimus communitam. Datum et Actum Anno domini M°. CCC°. Quadrageſimo nono, in die Beati Johannis Baptiſte martiris glorioſi.

Nos Albertus prepoſitus, Mechtyldis Prioriſſa Totusque Conuentus ſanctimonialium In dyſdorpe chriſtifidelibus vniuerſis recognoſcimus per preſentes, Quod in chriſto nobis dilecta konegundis, procuratrix officii karitatis, pro duodecim marcis et VIII ſolidis Luneburgenſium denariorum in empcionem ville wyderſdorpe expoſitis et conuerſis, ademit predicto Officio karitatis dimidium chorum ſiliginis ad tollendum et percipiendum perpetue de Curia, quam pronunc ſcultetus ville inhabitat, annis ſingulis in feſto Beati Martini per dictum ſcultetum ſeu per quemlibet dictam Curiam poſſidentem — preſentando. In Cuius facti uel recognitionis teſtimonium preſens ſcri-

ptum ſigillis noſtris dedimus communitum. Datum et Actum Anno domini M°. CCC°. Quadrageſimo nono, in die Beati Johannis Baptiſte martiris glorioſi.

Nos Albertus prepoſitus, Mechtyldis Prioriſſa Totusque Conuentus ſanctimonialium In dyſdorpe chriſtifidelibus vniuerſis recognoſcimus per preſentes, Quod in chriſto nobis dilecte . . . procuratrices Officii omnium animarum pro ſexaginta marcis cum tercia dimidia Luneburgenſium denariorum in emptionem ville wyderſdorpe expoſitis et conuerſis, ademerunt predicto Officio in eadem villa tercium dimidium chorum ſiliginis adtollendum et percipiendum perpetue de Curiis, videlicet vnum chorum de Curia, quam pro nunc Conradus inhabitat, et vnum chorum de Curia, quam pro nunc Henneke vor deme dhore inhabitat, et dimidium chorum de Curia, quam Thebel tzobemer inhabitat, annis ſingulis in feſto Beati Martini per dictos ſeu per quoſlibet dictas Curias poſſidentes dandum predictis et ad huiusmodi officium nichilomnius preſentandum. In Cuius facti uel recognitionis teſtimonium preſens ſcriptum ſigillis noſtris dedimus communitum. Datum Anno domini M°. CCC° Quadrageſimo nono, in die Beati Johannis Baptiſte martiris glorioſi.

XCIX. Das Kloſter Diesdorf ſetzt feſt, daß die von den Bewohnern des Dorfes Wiedersdorf abzuführenden Abgaben an die Nonnen unmittelbar entrichtet werden, am 24. Juni 1349.

Nos Albertus prepoſitus, Mechtyldis Prioriſſa Totusque Conuentus Sanctimonialium In Dyſdorpe volumus et per preſentes vniuerſis lucidius proteſtamur, Quod quicquid quilibet Ciuis ville Wyderſdorpe ſpecialiter de Curia ſua ad debitum censum ſiliginis dare conſueuerit, id vnuſquiſque ſoluere debebit annis ſingulis vnicuique Domine Commoniali noſtre ſuo tempore, cui ſiliginem preſentabit. In Cuius teſtimonium preſentem litteram ſigillis noſtris dedimus communitam. Datum Anno Domini M°. CCC°. Quadrageſimo nono, In die Beati Johannis Baptiſte martiris glorioſi.

C. Iwan und Paridam von dem Kneſebeck ſchenken die Dörfer Bergmoor, Höddelſen und Haſelhorſt dem Kloſter Diesdorf, (am 27. Mai 1350?).

Nos ywan et paridam, fratres, famuli dicti de Kneſbeke, Recognoſcimus tenore preſentium publice proteſtando, Quod cum vnanimi conſenſu et voluntate noſtrorum heredum, quorum intereſt vel quomodolibet intereſſe poterit in futuro, dimiſimus ac dimittimus Honorabili viro Domino Olrico prepoſito, Mechtildi Prioriſſe Totique Conuentui ſanctimonialium in Dyſdorpe proprietatem cum aduocatia trium villarum ſcilicet Bercmer, Hodelſum, Haſlehorſt ſicut nos poſſe-

dimus a Reuerendo principe et domino Ludewico Marchione Brandenburchenſi pacifice et quiete pro dampno ſeruicii noſtri prout teſtimonio litterarum ſuarum poſſumus demonſtrare, pro qua donatione predicti Conuentuales in feſto Beati Martini memoriam omnium parentum noſtrorum defunctorum domini waſmodi, militis, Huneri et Paridami, famulorum, ac ſuorum heredum et precipue noſtram dum morte preuenti fuerimus ſollempniter peragant ac decenter Duas miſſas jugiter ſeruare debent in omnibus ebdomadis per circulum anni, vnam de beato Georgio et reliquam pro defunctis. Et ad hoc faciendum Dominus Olricus prepoſitus vel quicunque fuerit in ſuo loco anniſ ſingulis in predicto tempore quatuor talenta Luneburchenſium denariorum et vnum vaccam valentem talentum expedite miniſtrabit Ermeghardi ſorori noſtre ad tempora ſue vite, qua mortua ad noſtrum (ſic) Conuentum vacca redibit, vel quecunque alia perſona ad hoc per prepoſitum et Conuentum in locum prenotate Ermeghardis fuerit ordinata. Ex hiis prefixis quatuor talentis laudabile ſeruitium habebit Conuentus in preordinato feſto beati Martini, Domino prepoſito dabitur ſolidus, vnicuique Capellano ſex denarii, Scholari domini prepoſiti quatuor denarii, Campanario quatuor denarii pro ſollempni pulſatione. Vt autem hec noſtra ordinatio et factum rationabile et inuiolabile perſeueret, in euidentiam rei preſentem paginam ſuper hoc conſcribi et appenſionibus ſigillorum noſtrorum amicorum et heredum, videlicet Ludolfi et Henningi, fratrum, waſmodi et huneri fratrum de Kneſbeke, waſmodi et Jordani et Ludolfi fratrum, filiorum Ludolfi de Kneſbeke prelibati, fecimus communiri. Teſtes huius rei ſunt Dominus Gunzelinus miles de Bertenſleue, Dominus Hinricus Rector Eccleſie in witinghe, qui ſimiliter vniuerſa iam tacta ſuorum ſigillorum appenſione proteſtantur, et alii quam plures. Datum et actum anno domini Milleſimo Trecenteſimo . . . . . , In die ſancto quo peragetur feſtum Corporis Criſti.

CI. Das Kloſter Diesdorf verkauft an Kloſter-Jungfrauen Renten aus Rüſtenbeck, am 25. November 1350.

Nos Olricus prepoſitus, Mechtyldis Prioriſſa Totuſque Conuentus ſanctimonialium in dyſtorpe vniuerſis chriſtifidelibus tenore preſencium lucidius proteſtamur, Quod pro quarta dimidia marca luneburgenſium denariorum et pro IIII ſolido denariorum cum VIII denariis eiuſdem monete, expoſitis et in emptionem ville Ruſtenbeke conuerſis, vendiderimus nobis in chriſto dilectis, videlicet Margarete de Luneburch, Sophie de Gardeleghe, walburgi et mechtildi filiabus Hinrici Sotmeſters, noſtris Commonialibus, Octo ſolidos denariorum Luneburgenſium ad uitam ipſarum annis ſingulis in feſto ſancti Martini Epiſcopi et confeſſoris ex Redditibus ac prouentibus tocius ville Ruſtenbeke deriuantibus ſuſtulendos necnon percipiendos; Ita tamen quod vltima ex hiis quatuor ſuperuiuens anteſcriptos octo ſolidos ſine diminucione percipiet, ſicut et omnes. Verumptamen hiis omnibus quatuor dominabus defunctis, extunc quatuor ſolidi cedere debebunt luminari lampadis in inferiori dormitorio, quod dicitur dat ſekenhus, Jugiter commanendi, Reliqui vero quatuor ſolidi cuicunque perſone officio Omnium chriſtifidelium animarum preexiſtenti

indubie preſententur In aminiculum reficiendi dominas noſtras ſequenti die paſche, qua Cantatur Introduxit et cetera. In cuius rei teſtimonium preſens hec littera ſigillis noſtri conuentus ſiſtit ſolidata. Datum anno domini M°. CCC°. quinquageſimo, Ipſo die beate Katerine virginis glorioſe.

CII. Das Kloſter Diesdorf verſchreibt zwei Conventualinnen, den Geſchwiſtern Wolters, die Geld zum Ankauf von Ruſtenbeck hergegeben, eine Rente aus dieſem Dorfe auf Lebenszeit, am 25. November 1350.

Nos olricus prepoſitus, Mechtyldis Prioriſſa Totusque Conuentus ſanctemonialium in Dyſdorpe vniuerſis tenore preſentium lucidius proteſtamur, Quod pro ſeptem marcis denariorum cum quinque ſolidis et VII denariis, expoſitis et in emptionem ville Ruſtenbeke conuerſis, vendidimus nobis in chriſto dilectis, videlicet Beatrici et Ghertrudi ſororibus dictis wolteres noſtris commonialibus, vnam marcam denariorum ad ipſarum vitam annis ſingulis in feſto Beati Martini ex prouentibus totius ville deriuantibus percipiendo ſuſtulendas, Ita tamen, quod vltima ſuperuiuens dictam marcam redditus ſine diminutione percipiet ſicut ambe; ſed ambabus mortuis cedere debebit ad officium karitatis, ita quod domina, que preeſt officio, debet cum illa marca procurare ceruiſiam, quantum poteſt, et in die Jacobi maioris conuentui dictam ceruiſiam inpertiri iugiter commanendo. In Cuius facti teſtimonium ſigilla noſtra preſenti littere ſunt appenſa. Datum Anno domini M°. CCC°. Quinquageſimo, in feſto Beate katerini virginis glorioſe.

CIII. Werner, Volrad und Conrad von Boldenſen entſagen gegen eine Rente ihren Anſprüchen auf den Hof Tro zu Gunſten des Kloſters Diesdorf, am 19. Juni 1351.

Nos wernerus, uulradus et Conradus fratres, filii quondam domini werneri Militis dicti de Boldenſen pie memorie, tenore preſencium recognoſcimus publice et teſtamur, Quod libera voluntate ac Communi concenſu omnium noſtrorum heredum vel ſuceſſorum, quorum intereſt vel intereſſe poterit quomodolibet in futurum, renuntiauimus et in preſentibus renuntiamus omni petitioni a nobis facte hucuſque Curie Tro, dictam curiam reſignantes Domino olrico prepoſito, Methildi prioriſſe Totique Conuentui ſanctimonialium in Dyſtorp pro vno Choro braſei triticei cum omnibus ſuis prouentibus ac attinenciis vniuerſis, ſicut in litteris ſuper dictam Curiam a nobis prius datis lucide proteſtamur, quiete et pacifice poſſidendam, Eciam quemcunque colonum prefatus prepoſitus Dominus olricus, Methildis prioriſſa ſeu ſanctimoniales in Dyſtorpe ſuper pretactam Curiam locauerint, in omnibus promouentes, eundem colonum nullatenus inpediendo, quod

promiſimus et promittimus jam dictis Domino prepoſito olrico, methildi prioriſſe Totique Conuentui in Dyſtorpe in ſolidum fide data manu coniuncta firmiter obſeruanda nichilominus in hiis ſcriptis, in huius rei euidentiam clariorem ſigilla noſtra huic littere de noſtro vero concenſu ſunt appenſa. Et nos Conradus et walterus fratres, filii predicti domini werneri militis dicti de Boldenſen bone recordacionis, renunciacionem dicte curie Tro comprobantes, et ut omnia et ſingula premiſſa rata permaneant et inconuulſa, preſens ſcriptum ſigillis noſtris in teſtimonium dignum duximus communiri. Teſtes huius ſunt Dominus Harneydus theſaurizarius monaſterii ſancti Johannis baptiſte in veteri vlleſſen, Johannes ſten, hoygerus de tzelle, conſules in noua vlleſſen, et quam plures alii fide digni. Datum anno domini M°. CCC°. LI°., in die prothaſii et geruaſii Martirum beatorum.

CIV. Verſchreibung des Kloſters Diesdorf für ſeine Conventualin Margarethe von Steſow über das zum Ankauf von Ruſtenbeck hergegebene Geld, vom 17. Auguſt 1351.

In nomine domini amen. Nos olricus prepoſitus, Mechtyldis prioriſſa totusque conuentus ſanctimonialium in dyſdorpe ſalutem omnibus in perpetuum. Recognoſcimus preſentibus lucide et teſtamur, Quod in chriſto nobis dilecta margareta dicta de ſteſowe, procuratrix officii omnium animarum, ad pecuniam datam pro emptione ville Ruſtenbeke et proventuum eiuſdem octo marcas cum dimidia ſtendalgenſis argenti de elemoſinis ſibi pro deo ac amicorum ſubſidiis datis plenariter addidit, pro qua pecunia nos prepoſitus, prioriſſa totusque conuentus in dyſdorpe prenominate margarete, procuratrici iam dicti officii omnium animarum, de eiuſdem ville proventibus tres marcas denariorum annis ſingulis in feſto beati martini, quam diu vixerit, erogabimus, dubio quolibet procul moto. Poſt vero obitum dicte margarete, procuratricis iam dicti officii omnium animarum procuratrices eandem inmediate ſequentes, quecunque fuerint ille, predictas tres marcas recipient annuatim, et pro conſolacione vnum quartale ſeruicie (ſic) et vnum competens forculum conuentui in dyſdorpe ipſo die diuiſionis apoſtolorum diſtribuant, vt memoria predicte margarete de ſteſowe parentumque eiuſdem, videlicet hinrici patris necnon helwychis matris eciam de ſteſowe nominatis, inde die iam dicto jugiter peragetur. Ad huius autem facti perpetuam obſeruantiam et euidentiam firmiorem preſens ſcriptum dedimus cum ſigillorum noſtrorum appenſione Roboraſtum. Sub anno domini M°. CCC°. LI°., feria quarta proxima poſt feſtum aſſumptionis marie virginis glorioſe.

CV. Das Kloſter Diesdorf bekundet, daß Ermgard von Lüneburg und Mechtild von Walſtawe eine Rente aus dem Dorfe Möllenbeck gekauft und dem Kloſter vermacht haben, am 3. Auguſt 1352.

Nos olricus prepoſitus, Methildis prioriſſa Totuſque Conuentus ſanctimonialium in Dyſdorpe vniuerſis chriſtifidelibus recognoſcimus per preſentes, quod in chriſto nobis dilecta Ermegardis de luneborch, procuratrix officii karitatis, et Methildis de walſtoue predicto officio karitatis ademerunt duas marcas denariorum, quarum vna ſcilicet ad preſens permanebit predicte ermegardis, procuratricis karitatis, in villa moldenbeke, quam Hempo, bodo, Johannes et Hempo Junior, fratres dicti de kneſbeke, famuli, cum alheydi, filia paridami, fratris ipſorum pie memorie, noſtro clauſtro ſine omni impeticione dimiſerunt et libere donauerunt pro decem et nouem marcis denariorum annis ſingulis in feſto natiuitatis beate Marie virginis perpetue percipiendas, alteram vero et ſub tali condicione, ita quod methildis de walſtoue antedicta temporibus ſue vite recipiet, quando autem debitum carnis perſoluit, ad memoriam ſui et ſuorum parentum ad predictum officium karitatis redibit et ad indigencias, quibus dictum officium indiget omnibus ſabbatis, omni dubio procul moto. In cuius facti uel recognitionis teſtimonium preſens ſcriptum ſigillis noſtris dedimus communitum. Datum anno domini M°. CCC°. LII°., ipſo die inuentione ſthephani prothomartiris Glorioſi.

CVI. Das Kloſter Diesdorf bekundet, daß die Conventualinnen Ludgard und Bertha von Bartensleben und Mathilde und Mathilde von Oberg behufs einer Stiftung Hebungen aus Möllenbeck vom Kloſter gekauft haben, am 14. September 1352.

Nos olricus prepoſitus, Methildis Prioriſſa Totuſque Conuentus ſanctimonialium in Dyſdorpe omnibus hoc preſens ſcriptum intuentibus et audientibus cupimus eſſe notum, quod quatuor noſtris commonialibus nobis in chriſto dilectis, ludgardi et berte dictis de bertensleue, methildi et methildi dictis de Oberche, vendidimus, dimiſimus et in preſentibus reſignamus vnam marcam denariorum in villa Mollenbeke, quam Hempo, bodo, Johannes et hempo Junior, fratres dicti de kneſbeke, famuli, cum alheydi, filia paridami, quondam famuli, noſtro Clauſtro ſine omni impetitione dimiſerunt et libere donauerunt, pro nouem marcis denariorum annis ſingulis in feſto Natiuitatis beate marie perpetue percipiendam, tali condicione interpoſita, quod dimidietatem prediote marce in ſalutem anime noſtre et parentum noſtrorum, et vt in omnibus feſtis et ad honorem beate virginis Marie, ſcilicet in feſto aſſumptionis, Natiuitatis, Conceptionis, Purificacionis et annunciacionis, lumen Cereum a(rde)ns diem naturalem, et quandocunque miſſa ipſius celebratur, cottidie et fideliter accendatur ad officium et que preeſt officio Cuſtodis ad preſens dabimus, diuolucionem deinceps non exſpectantes perpetue duraturum, alteram vero dimidietatem temporibus vite noſtre percipientes, poſt obitum autem noſtrarum quatuor com-

monialium nominatarum ad officium redibit antedictum et ad honorem beati Johannis baptiſte, ſcilicet in feſto Natiuitatis, Decollacionis et Epyphanie domini, lumen, vt ſupradictum eſt, accendatur comburendo. In Cuius rei euidenciam et maiorem obſeruanciam ſigilla noſtra preſentibus ſunt appenſa. Datum anno domini M°. CCC°. Quinquageſimo ſecundo, in die exaltacionis ſancte Crucis.

CVII. Das Kloſter Diesdorf verſchreibt den Verweſerinnen des Seelenamtes eine Hebung aus Wolmerſen für eine im Jahre 1341 aus Malsdorf verſchriebene Rente, am 11. Januar 1354.

In nomine Domini amen. Actus quidem temporales labilitate pretererunt, niſi litterarum tenoribus firmius roborentur. Igitur nos Johannes de Odbernſhuſen prepoſitus, Mechtyldis prioriſſa, Totuſque conuentus ſanctimonialium in dyſtorpe recognoſcimus et per preſentes vniuerſis lucidius proteſtamur, Quod concorditer conſenſu alique voluntate noſtrum omnium, Illum vnum chorum ſiliginis, quem Dominus Albertus prepoſitus anno Domini M°. CCC°. Quadrageſimo primo pro Triginta ſex marcis denariorum in ſolucionem accommodatorum in ſaltwedele conuerſis vendidit, ad officium omnium animarum chriſtianorum noſtri Clauſtri habendum ipſum in bonis noſtris ville Malſtorpe, Eundem chorum ſiliginis tranſponimus ſeu tranſmutamus ad predictum officium omnium animarum chriſtianorum Clauſtri noſtri, perpetue commanſurum, percipiendum et ad habendum ipſum in bonis noſtris ville wlmerſen, vnum dimidium ſcilicet chorum in curia, in qua moratur Bene pronunc, Reliquum dimidium chorum In curia, in qua moratur veſe, annis ſingulis infra Octauam Beati Martini Epiſcopi Domine amminiſtratrici cuicunque huic officio preexiſtenti hic in curia noſtra et ad manus ſuas, cui ipſa commiſerit, expeditius preſentandum. Ita tamen, quod dicti chori dimidietatem Domine Ermegardis, Alheydis et Elyzabeth dicte de Stendal, noſtre commoniales, annis ſingulis feſto, vt ſupra, tollent ad vitam ipſarundem. Eciam ex dictis dominabus ſuperuiuenti diutius ſingillatim per mortem deſcendendo integraliter miniſtretur. Poſt mortem vero ipſarum prenotato officio cedet iugiter adeſſendo. In cuius rei teſtimonium ſigilla noſtra preſenti littere ſunt appenſa. Datum et actum Anno Domini M°. CCC°. Quinquageſimo quarto, proximo ſabbato infra Octauas epyphanie Domini noſtri iheſu chriſti.

CVIII. Johann von Döhre und ſeine Söhne Dethard und Johann entlaſſen Reineke von Winkelſtedt aller Anſprüche, am 20. Januar 1354.

Ik Johan vom Dore de Olde, Dethard vnd Johan, mine ſone, vnd vſe rechten eruen bekennet openbar in deſme breue, deſe wytleken bezeghelet is mit vnſen Inghezeghelen, dat

we hebbet ledech vnde los ghelaten vnde latet los Reyneken van wynkelſtede vnde ſine kindere, de he alrede heft vnde noch wynnen mach, aller anſprake, dar we en vmme hebbet tute ſprekende vnde hadden. Hir vmme ſo gheft he vns de vorſproken Reyneke ver mark penninghe to leue vnde to vruntſcapp. To ener betughinghe So hebbe ik Johann Ghus De Olde vnde ik Johan Ghus de Junghe vnſe Inghezeghele henghet an deſſen bref, dat we hir ouer hebbet gheweſen vnde hebbent ghedeghedinget hulpen. Datum anno domini M°. CCC°. Quinquageſimo Quarto, In Die Fabiani et Sebaſtiani Martirum.

CIX. Die Gebrüder Sievert, Gerhard, Dithard und Gebhard von Walſtawe entſagen ihren Rechten an den Wieſen bei Werle zu Gunſten des Kloſters Diesdorf, am 16. April 1354.

Ich Siuerth vnnd Gerardt, Dethart vnnd Gauerth, broder, geheten van Walſtaue, Bodenn Sone van Walſtaue, bekennen vnnd betugenn In duſſem apenen breue, de witlichenn beſegelt ys mit vnſern Ingeſegeln, dat wy affrichte hebbenn gedhan vnnd affgelatenn von allerley anſprake, dar wy mede mochten ahnſprekenn der lutken wiſch vnd der groten wiſch, de by dem dorpe tho warle licht, de dat Gadeſshuſs tho Diſtorp redelichen vnnd rechtlichenn hefft gekofft. Were och, dat datt Gadeſshuſs ergene mede worde gehindert edder beworren an der vorbenomden wiſch, dat ſcholde wy vnnd woldin helpin entleddigen, wor wy mochtenn, vnnd wen dat vorbeſchreuenn Gadeſhuſs van vns eſchede. To einer betugynge ſo hebbe yek Hans Krateke myn yngeſegell gehenget ahn duſſen breff, dat Ich duſſe dinghe hebbe gedegedingt, hir umme dat wy dat hebben van vns gelaten, vnd dar nicht mher willen vpſaken edder nemandt van vnſent wegenn, So hefft vns her Johann van Obernhauſsenn, de Praweſte tho Diſtorppe, gegeuenn viff vnd twintich ſchilling penninghe tho loue vnd thor frundtſchopp. Datum anno domini Milleſimo trecenteſimo quinquageſimo quarto, feria quarta Sancte Paſce.

Nach einer vidimirten Copie.

CX. Das Kloſter Diesdorf verkauft an die Succentrix eine Korrente aus dem Dorfe Danckenzem, am 13. Dezember 1354.

Vniuerſis chriſti fidelibus hanc paginam viſuris ſeu audituris, preſentibus et futuris Recognoſcimus In hiis ſcriptis publice proteſtamur, Quod Nos Johannes De Odbernſhuſen prepoſitus, Mechtyldis Prioriſſa Totusque Conuentus Sanctimonialium Monaſterii Diſtorpe Juſte ac racionabiliter vendidimus Religioſe domine Beatrici, commoniali noſtre ſuccentrici, Dimidium chorum

ſiliginis pro viginti quinque marcis luneburgenſium denariorum in parato nobis plenarie perſolutis In villa noſtra Danckentzem In curia vnius dicti Hynrici Sygen percipiendum euo tempore iugiter in quolibet feſto Mychahelis et habendum, necnon ad refectionem noſtrarum omnium dominarum, eo tempore, quo competens videbitur diſtribuendum. Sin autem Si preſata curia, quod deus auertat, fuerit deſolata, extunc Jam dictus dimidius chorus ſiliginis ex proprio noſtro granario tempore preſcripto Indubie preſentetur antenominatis dominabus noſtris reficiendis. Vt autem pretaxata rata permaneant et inconuulſa, preſens hec littera noſtri Conuentus Sigillis eſt roborata. Datum et actum Sub annis Domini M°. CCC°. quinquageſimo Quarto, Ipſo die Lucie virginis glorioſe.

CXI. Das Kloſter Diesdorf bekundet, daß bei ihm Henning Helmerkes und deſſen Frau für ſich, ſo wie Mechtild und Margarethe für Johann von Dannenberge mit Hebungen aus Döhre Gedächtnißfeiern geſtiftet haben (1354?)

Nos Johannes de Obernſhuſen prepoſitus, Elyzabet Prioriſſa Totuſque Conuentus in Dyſtorpe vniuerſis chriſtifidelibus recognoſcimus per preſentes, Quod Hennignuſ Helmerkes, Elyzabet vxor ſua ademerunt Officio omnium animarum vnum Chorum ſiliginiſ, qui dicitur witſcheppel, pro Triginta marciſ denariorum Luneborchenſium et ſeptem ſolidos in bonis ville Dore, Quo tamen Choro et denariis vti debeant propter beneficium emptioniſ temporibus ſue vite, vltimus ſuperuiuenſ in toto ſicut ambo; quibus defunctis predictus Chorus et ſeptem ſolidi ad Officium antedictum cedere debebit iugiter commanendo, et perpetua memoria a procuratrice iam dicti Officii celebrabitur in remedium ſuarum animarum annuatim. Etiam quedam Mechtildis et quedam Margareta ſepedicto offitio ademerunt dimidium Chorum ſiliginis cum quarto dimidio ſolido pro XV marciſ denariorum in antedictiſ boniſ ville dore, pro quibus beneficiis memoria domini Johanniſ de Dannenberghe fideliter peragetur. In cuius teſtimonium preſentem litteram Sigillo prepoſiture ac Conuentuſ fecimus communiri.

CXII. Das Kloſter Diesdorf bekundet, daß Margarethe Martin ſich bei ihm mit einer Hebung aus Döhre die Gedächtnißfeier geſtiftet habe (1354?)

Nos Johannes de Obernſhuſen prepoſitus, Elyzabeth prioriſſa Totuſque Couentuſ ſanctimonialium in Dyſtorpe in preſentibus proteſtamur, Quod margareta martini ſenior, ademit Offitio animarum ad elemoſinas Sextis feriis dandas dimidium chorum ſiliginis in villa Dore, in boniſ, que Johannes et Hempo fratres dicti de kneſbeke et eorum veri heredeſ noſtro

Clauſtro ſine omni impetitione dimiſerunt et libere donauerunt. Pro quibus beneficiis prefate Margarete memoria a prefato procuratrice Officii animarum quolibet anno procurabitur peragenda. In cuius facti recognitioniſ teſtimonium preſenſ ſcriptum Sigilliſ noſtriſ dedimus communitum.

Die Urkunde hat kein Jahr, indeß iſt wohl anzunehmen, daß ſie im Jahre 1354 ausgeſtellt iſt, da der in der vorſtehenden Urkunde erwähnte Propſt in Urkunden von dieſem Jahre vorkommt.

CXIII. Ludwig der Römer vereignet das Dorf Wendiſchen Böddenſtedt, das der lange Paridam von dem Kneſebeck bisher von ihm zu Lehen getragen, dem Kloſter Diesdorf, am 15. Auguſt 1355.

Ad perpetuam rei memoriam. Nouerint vniuerſi tenorem preſentium inſpecturi, Quod nos Ludewicus Romanus, dei gracia marchio brandeburgenſis et luſatie, ſacri Romani Imperii archicamerarius, Comes palantinus Reni et bauari dux, conſiderantes et penſantes inopiam et neceſſitatem deodeuatarum virginum Sanctimonialium, Prioriſſe et Totius Conuentus in Diſtorph Ordinis ſancti Auguſtini verdenſis dyoceſis, a qua eas, in quantum poſſumus, volumus releuare, vt diuinus cultus per eas eo frequencius et deuocius valeat celebrari, In ſalutare remedium animarum progenitorum noſtrorum, anteceſſorum, noſtre, heredum et ſucceſſorum noſtrorum dedimus et donamus proprietatem ville wendeſchen bodenſtede, omnimodo, forma, Jure, Conditione, fructibus, redditibus et pertinentiis vniuerſis et ſingulis, quibus eandem a nobis ſtrennuus vir longus Paridam de knyſbeke fidelis noſter dilectus tenuit, habuit et poſſedit, Juſto proprietatis titulo habendam, tenendam et perpetue poſſidendam. Renuntiantes omni juri, actioni et impetitioni pro nobis, heredibus et ſucceſſoribus noſtris, quod vel que nobis in dicta villa quo ad ipſam proprietatem competunt ſeu competere poterunt quomodolibet in futurum. In cuius rei euidentiam ſigillum noſtrum preſentibus eſt appenſum. Preſentibus ſtrennuis viris Petro de bredowe, Johanne de wantſleuen, buſſone de arkſleuen, Ghumperto de Aldenhuſen, frederico de wederden, Johanne de Rochowe et Marquardo lutterbek, Militibus, Necnon Thiderico, prepoſito bernowenſi, prothonotario noſtro, et Nycolao biſmarke cum ceteris pluribus fide dignis. Datum Tanghermund, anno domini Milleſimo Tricenteſimo quinquageſimo quinto, In die aſſumptionis ſancte Marie virginis glorioſe.

CXIV. Das Kloſter Alt-Uelzen bekundet, daß das Kloſter Diesdorf eine jenem zu zahlende jährliche Rente abgelöſt habe, am 22. Juli 1358.

Nos Ludolfus de marnholte abbas, Fredericus prior Totuſque Conuentus monaſterii ſancti Johannis Baptiſte in veteri vlleſſen Ordinis ſancti Benedicti Verdenſis Dyoceſis recognoſcimus publice proteſtando, Quod cauſam totalem, quam coram Honorabili viro domino Hermanno prepoſito in vlleſſen, Judice ab Honorabili viro domino Thiderico decano Eccleſie Lubicenſis, Judice a ſede apoſtolica delegato, ſubdelegato, inſtaurauimus intentando Contra Honorabilem virum dominum Johannem de Buc prepoſitum electum in Dyſtorpe ac Religioſas dominas Elyzabeth prioriſſam, ac Conuentum ſanctimonialium Monaſterii beate marie virginis ibidem Ordinis beati auguſtini eiuſdem dyoceſis Super vna marca denariorum, nobis nomine penſionis ſeu annuorum reddituum per eos exſoluenda et per tempora aliquot detenta, predicti domini Judicis et conſenſu Judicio etiam ſuo firmato vna cum ipſis compromiſimus vallato arbitrio In viros prudentes dominos Harnedum de marnholte, Sacriſtam dicti monaſterii noſtri, ac Johannem de Olbernſhuſen, Rectorem Eccleſie in vallerſleue, Halberſtadenſis dyoceſis, qui concorditer diffiniuerunt, quod ſopita omni controuerſia predicta occaſione dicte penſionis debite ſeu retente et etiam expenſarum, dampni ſeu intereſſe inter nos et dictum monaſterium in Dyſtorpe iam mota et in perpetuum mouenda, Dictuſ dominus Johanneſ de Buc dicti monaſterii nomine nobiſ decem et ſeptem marcas denariorum in promptu numerauit ad ſimilem penſionem, quam petiuimus noſtro monaſterio comparandam. Propter quod ipſum monaſterium in Dyſtorpe a dicta annua penſione vnius marce denariorum cum omni debito retento ac ab expenſis ob hoc factis, dampno ſeu intereſſe nobiſ contingentibus ſupportauimus et preſentibus ſupportamus, renuntiamuſque pro nobis et noſtriſ in perpetuum ſucceſſoribus omni iuri et actioni, que nobis quomodolibet competere videbantur erga premiſſa ſeu quodlibet premiſſorum. In cuius rei euidentiam et teſtimonium perpetuum preſens ſuper hoc confectum Nos Ludolfus abbas prenotatuſ noſtro ſigillo proprio vna cum Conuentuſ noſtri predicti ſigillo patenter appenſis dignum duximus ſigillandum. Datum anno domini M°. CCC°. LVIII°., In die Marie Magdalene.

Abgedruckt ohne die Datirung im Codex I. 16. S. 436 f.

CXV. Das Kloſter Diesdorf verſchreibt der Conventualin Luckard von Bartensleben für einen Beitrag zum Ankauf des Dorfes Wolmerſen eine Hebung aus dieſem Dorfe, die jene wiederum dem Kloſter vermacht, am 18. October 1358.

Qvoniam ea, que aguntur in tempore, ſimul vileſcunt et labeſcunt cum tempore, Neceſſe eſt autem, ut ea munimine ſigillorum et litterarum ſolidantur; Nos igitur Johannes Dictus Buk prepoſitus, Elyzabeth prioriſſa Totuſque Conuentus Inſule Marie Dyſtorpe Vniuerſis chriſtifidelibus, quorum intereſt ſeu intereſſe poterit quomodolibet in futurum, Recognoſcimus publice

proteſtantes in hiis ſcriptis, Quod ad formalem, perhennem necnon integralem tocius ville wlmerſen dicte empcionem per nos empte Religioſa Domina Luckardis de Bertenſleue, noſtra ſanctimonialis, largiſſue nobis in amminiculum duodecim marcas ſtendalienſis argenti appoſuit, pro quibus vnanimiter dimiſimus et in perpetuum dimittimus prefixe domine integrum chorum ſiliginis In feſto mychahelis In preſcripta villa In curia, quam pronunc vnus dictus veſeke Hermanni colit et inhabitat, In dextero latere in domo tercia, quo abhinc iter illuc ſolet dirigi, perſonis, quibus ipſa domina prenotata aſſignauerit, perpetuis temporibus poſſidendum. Et ego Luckardis anteſcripta Do et in teſtamentum Lego prenotatum chorum ac in perpetuum committo religioſis noſtris dominabus caritatis et omnium animarum chriſtifidelium officiatricibus, quecunque ſint perſone, vt huic prefint choro ſiliginis perhenniter eis conmiſſo, vti in ſupremo ſeuiſſimo iudicio ſecure pro eo poſſint reſpondere. Iſto modulo, vt ſingulis annis eternis temporibus, quod de totis meis viribus adimpleri deſidero, Ipſo ſacratiſſimo die et feſto Concepcionis glorioſiſſime virginis marie ſingulis noſtris dominis capellanis, aliis eciam preſbiteris, In primis veſperis, In vigilia, matutinis, in ſacro die et miſſis ac ſecundis veſperis cum conpletorio interexiſtentibus, cuilibet domino de preſcripto ſiliginis choro vnus ſolidus Luneborgenſium denariorum, duobus ſcolaribus cuilibet ſex denarii, Eciam pro vigiliis eodem feſto et miſſis ſequenti die celebrandis predictis dominis interexiſtentibus ſex denarii In remedium omnium meorum progenitorum animeque mee ſalutare remedium ac cunctorum parentum meorum ſubſequencium a dominabus prelibatis officiatricibus largiter perhenniter debent elargiri. Reliqua vero cum pecunia de nominato choro deriuata refectio quam pulchra toti noſtro conuentui die et feſto prefixo ſingulis annis et euum minime proteletur miniſtrari. In cuius rei euidens teſtimonium ſigilla noſtri monaſterii preſentibus ſunt appenſa. Datum anno domini M°. CCC°. Quinquageſimo octauo, Ipſo ſacro die Luce Ewangeliſte.

CXVI. Das Kloſter Dambeck überläßt dem Kloſter Diesdorf das Dorf Wolmerſen gegen eine Baarzahlung und Hebungen in Henningen, Malsdorf, Berge und Priſſir, am 14. März 1359.

Nos Hinricus prepoſitus, Margareta abbatiſſa, Elyzabeth Prioriſſa Totusque Conuentus ſanctimonialium in Dambeke tenore preſentium recognoſcimus lucidius proteſtantes, quod vnanimi conſenſu et bona voluntate dimiſimus et per preſentes dimittimus Domino Johanni prepoſito, Elizabet Prioriſſe et toti conuentui ſanctimonialium in dyſtorp Totam villam wulmerſen cum omnibus ſuis redditibus, prouentibus et attinenciis vniuerſis, cum omni Jure ſupremo et infimo, et aduocacia in agris cultis et incultis, pratis, paſcuis, ſiluis, nemoribus, aquis et aquarum decurſibus, cum omni proprietate, quemadmodum ipſam poſſedimus vſque in diem hodiernum, perpetuis temporibus pacifice et quiete poſſidendam, renuntiantes omni iuri et actioni, que nobis ſev ſucceſſoribus noſtris aut monaſterio noſtro in dambeke competit ſev competere poſſit in futurum. Pro qua quidem villa wulmerſen predicti prepoſitus, prioriſſa et totus conuentus ſanctimonialium in dyſtorp nobis decem marcas argenti Brandenburgenſis integraliter perſoluerunt et bona infraſcripta in perpetuum poſſidenda nobis dimiſerunt et reſignauerunt per preſentes, videlicet in villa Henninghe

tres choros cum dimidio ſiliginis, in malſtorp in curia wernekim rode alterum dimidium chorum ſiliginis cum pheodo tocius curie, in berghe in curia byles dimidium chorum ſiliginis et duos ſolidos, in curia valken dimidium chorum ſiliginis et duos ſolidos, vnum quartale ſiliginis cum vno ſolido de dimidio manſo, quem nunc colit theolonarius in berghe, et duos ſolidos de area ſinghelmannes, in Priſſir in Curia fabri dimidium chorum ſiliginis, vt autem hec permutacio et bonorum predictorum tranſpoſicio imperpetuum firma permaneat et illeſa, preſentes litteras dedimus noſtris ſigillis, videlicet prepoſiti, abbatiſſe et conuentus noſtri, ex certa noſtra ſcientia ſigillatas, ſub anno domini M°. CCC°. quinquageſimo nono, feria quinta ante reminiſcere.

Ungenau abgedruckt Codex I. 16. S. 481.

CXVII. Die Knappen Günzel, des Ritters Buſſo, und Günzel, Günthers Sohn, von Bartensleben bekunden den Verkauf von Hebungen aus Andorf an das Kloſter Diesdorf, am 3. Auguſt 1359.

Nos Guncelinus, filius Domini Buſſonis militis, et Guncelinus, filius Gunteri, famuli dicti de Bertenſleue, preſentibus recognoſcimus lucidius proteſtantes, quod vnanimi noſtro conſenſu et omnium heredum noſtrorum ac amicorum voluntate vendidimus et dimiſimus necnon vendimus et dimittimus per preſentes diſcreto viro domino Johanni dicto de buch prepoſito, Elizabeth prioriſſe et toti Conuentui ſanctimonialium in Dyſtorp quinque choros ſiliginis minus ſex modiis et vnum talentum denariorum ſoltwedelgenſium annuorum reddituum in villa annendorp, videlicet In curia Gherardi Coden vnum chorum ſiliginis et vnum talentum denariorum ſaltwedelgenſium et duos pullos, In curia Heynonis dicti de Henninghe alterum dimidium chorum ſiliginis et duos pullos, In curia gherardi ſtenhus alterum dimidium chorum ſiliginis et duos pullos, In curia deſolata decem octo modios ſiliginis et vnum pullum, cum omni Jure ſupremo et infimo, cum aduocacia, cum ſeruitio reali et corporali, In agris cultis et incultis, pratis, paſcuis, ſiluis, nemoribus et aquis, perpetuis temporibus poſſidendos annisque ſingulis ſubleuandos pacifice et quiete. Volumus eciam predicta bona ab omni inpugnatione defendere et a quauis inpeticione liberare ac in bono conſeruare, donec iidem prepoſitus, Prioriſſa et totus conuentus ſanctimonialium in dyſtorp ſibi ea a domino noſtro Marchione brandenburgenſi potuit appropriari. In Cuius teſtimonium noſtra ſigilla ex noſtra certa ſciencia preſentibus ſunt appenſa. Datum anno Domini M°. CCC°. LIX°., die inuencionis beati ſtephani prothomartiris glorioſi, preſentibus diſcretis viris arnoldo Kletzeke, Gherardo ghent, Nycolao godeſcalci, ciuibus in ſaltwedel, et aliis pluribus fide dignis.

CXVIII. Das Kloſter Diesdorf bekundet, daß Heinrich, Pfarrer zu Abbendorf, ferner die Officialen des Seelenamtes und Werner, Knecht des Kloſters Diesdorf, durch den Ankauf von Hebungen aus dem Dorfe Werle ſich Gedächtnißfeiern geſtiftet haben, am 6. Januar 1337.

Nos Albertus, dei gracia prepoſitus, Elizabet prioriſſa Totusque conuentus ſanctimonialium Cenobii In Dyſdorp vniuerſis fidelibus chriſti hoc ſcriptum viſuris aut audituris ſalutem in domino ſempiternam. Cum ea, que fiunt in tompore, ſimul cum curſu temporis euaneſcant, neceſſarium eſſe dinoſcitur, vt ea, que aguntur, litterarum teſtimonio perhennentur. Hinc notum eſſe cupimus tam modernis quam futuris, Quod Dominus Henricus, plebanus eccleſie In Abbendorp, dimidium chorum ſiliginis, quem in villa werle in curia Bernardi pie memorie propria pecunia comparauit, ad aucmentacionem diuini officii animarum pro remedio anime ſue aſſignauit perpetuis temporibus poſſidendum, tali condicione adiecta, quod quecunque ſanctimonialium dicto officio prefuerit animarum, in die ſancte Aſcenſionis domini conuentui ſeruicium refectionis de dimidio choro prenarrato fideliter miniſtrabit, memoriaque eiuſdem domini Henrici orationibus ſingularum die pretaxato habeatur commendata. Officiales vero animarum caritatem, que ex deo eſt, ſagaciter intendentes in curia predicta Bernardi eciam dimidium chorum comparauerunt pecunia collecta ex elemoſinis ad officium prenominatum a fidelibus chriſti donatis, ſtatuentes pia deliberacione, vt in die pentecoſtes de dicto ſiligine conuentui ſingulis annis a procuratricibus animarum refectio diſtribuatur. Inſuper wernerus, famulus noſtre eccleſie, in villa et curia memorata eciam dimidium chorum propria ſumma ad tempora vite ſue optinuit pacifice et ſue aliquo inpedimento poſſidendum, Poſt mortem vero ſuam pro eterna retributione peccaminumque ſuorum remiſſione aſſignauit eundem officio animarum, ſub tali forma, vt procuratrix officii predicti In feſto Sancte Trinitatis conuentui preuideat ſeruicium fidele, quam diu durauerit cenobium noſtrum. Cantrix eciam, que extiterit, de curia ſepe narrata recipiet octo ſolidos ſingulis annis ad emendationem librorum et ceterorum, que ſpectant ad officium illud, pro quibus ſingulis ſeptimanis procuret miſſam de Annuntiacione cum collectis Eccleſiam de ſancto Johanne Inclina et fidelium eo die, quo ſe preſentauerit feſtum illud glorioſum, et ſi occurrerit anniuerſarius vel aliqua celebritas ſanctorum, tunc in diem alterum exponetur, Sic tamen, ne miſſe ſtatute a fundatoribus eccleſie per illam negligantur. Item hec pia inſtitutio perpetuo ritu obſeruetur pro omnibus, a quibus officium animarum eſt fundatum et elemoſinis roboratum, et qui illud pro futuro aucmentauerunt ſubſidia et beneficia inpendendo. Ne ergo in poſterum ſuper hoc facto aliqua oriatur calumpnia dubietatis, hanc paginam fecimus conſcribi et ſigillorum noſtrorum appenſione communiri. Datum Anno Domini M°. CCC°. triceſimo ſeptimo, in Epiphania Domini.

CXIX. Gebhard von Alvensleben, Knappe, übergiebt dem Kloſter Diesdorf mit ſeinen Töchtern Adelheid und Eliſabeth das Dorf Mellin, am 15. März 1360.

Ego Gheuehardus famulus dictus de Aluenſleue ad vniuerſorum preſentes litteras intuentium noticiam cupio lucide peruenire, Quod cum pleno conſenſu et voluntate domini Gheuehardi patris mei et Henrici fratris mei necnon omnium meorum heredum et amicorum dimiſi et dimitto per preſentes . . Prepoſito . . Prioriſſe et toti Conuentui ſanctimonialium Monaſterii in Dyſtorp vna cum filiabus meis Elyzabeth et Alheyde totam villam Mellyn cum omnibus et ſingulis redditibus ſuis et prouentibus vniuerſis, cum aduocatia necnon cum omni Jure ſupremo et infimo ac ſeruicio reali et corporali, In agris cultis et incultis, pratis, paſcuis, ſiluis, aquis et aquarum decurſibus, in omnibus et ſingulis predicte ville attinentiis, quemadmodum ipſam vſque in hodiernum diem habui et poſſedi, pacifice, quiete et ſine omni perturbatione et offenſa perpetuis temporibus poſſidendam, Que ſoluet annuatim in certis redditibus Octo choros auene, duo talente denariorum Luneborchenſium et quinquaginta pullos fumigaleſ. Volo etiam in vera fide mea appropriatione prefate ville Mellyn et ſuorum reddituum, prouentuum et attinentium omnium ſub meis expenſis et laboribus, antequam predicte mee filie Elyzabeth et Alheydis in predicto Monaſterio Dyſtorp veſtiantur, ordinare, quod promitto per preſentes. Vt autem vniuerſa et ſingula premiſſa firmius teneantur, prefatus dominus Gheuehardus pater meus et Henricuſ meus frater, Bodo, Johannes et Hempo fratres dicti de Kneſbeke ſigillis ſuis vna mecum ſub annis domini M°. CCC°. LX°., Dominica, Qua cantatur Letare, preſenteſ litteras ſigillarunt.

CXX. Die Markgrafen Ludwig der Römer und Otto ſchenken dem Kloſter Diesdorf eine Hebung aus dem Dorfe Mellin, am 24. März 1360.

In nomine domini amen. Ad perpetuam rei geſte memoriam, Nouerint vniuerſi et ſinguli tenorem preſencium inſpecturi et audituri, Quod nos Ludowicus Romanus et Otto fratres, dei gracia Brandenborgenſes et Luſacie Marchiones, Sacri Romani Imperii archicamerarii, comites palantini Reni et bauarie duces, volentes et cupientes cultum diuinum, quantum poſſumus, ampliare, in remedium ſalutare animarum anteceſſorum noſtrorum, olim Marchionum Brandenborgenſium, ac eciam progenitorum noſtrorum bone memorie, noſtre, heredum et ſucceſſorum noſtrorum dedimus et donauimus, damus et donamus meliori modo et forma, quibus fieri poterit, ſolempniter deliberato animo et maturo conſiliariorum noſtrorum conſilio precedente ex certa ſciencia et non per errorem deo dicatis et deuotis virginibus prioriſſe, ſanctimonialibus et toti conuentui clauſtri dyſtorp ordinis ſancti auguſtini verdenſis dyoceſis proprietatem quinque marcarum puri argenti annuorum reddituum ſitarum in villa Mellyn infra limites et diſtincciones ville eiuſdem cum pachtu et cenſu, cum omnibus honoribus, fructibus, vtilitatibus, prouentibus, agris cultis et incultis, pratis, paſcuis, lignis, paludibus ac rubetis, cum Juriſdictione et Judicio ſupremo et in

ſimo, cum omni iure et pertinenciis ipſarum ſingulis et vniuerſis ad ipſam villam predictam ſpectantibus, quibus ipſam villam, iura et redditus premiſſos ſtrennuus Geuehardus de aluenſleue, filius Geuehardi de aluenſleue militis, hucuſque habuit, tenuit et poſſedit, Et eis ad vſum et vtilitatem predictarum prioriſſe ſanctimonialium et conuentus pro tempore exiſtentium in noſtri et conſilii noſtri preſencia pro ſe et ſuis heredibus renuncciauit libere et expreſſe, que ſiquidem villa, redditus quinque marcarum et iuribus cum pertinentiis premiſſis ad ius et proprietatem prioriſſe ſanctimonialium prefatarum et conuentus mero et pleno iure perpetue pertinere debebunt, Renunciantes noſtro, heredum et ſucceſſorum noſtrorum nomine omni iuri et actioni et impeticioñi, quod et que nobis et eis conpetit uel conpetere poterit in futurum, quibus directe uel indirecte premiſſa noſtra donacio proprietatis infringi valeat aliquo iure uel iuris colore. In cuius rei Euidenciam ſigilla noſtra preſentibus ſunt appenſa. Preſentibus reuerendo in chriſto patre et domino noſtro, domino Henrico Epiſcopo Lubucenſi, ac Strennuis viris Johanne huſeneri milite, wedegone de wedel mareſcalco noſtro, Guntzelino de bertenſleuen, Henrico de Schulenborch, Nycolao Biſmark, Tiderico morner prepoſito Bernowienſi, prothonotario noſtro, ac pluribus aliis fide dignis. Datum in antiqua Ciuitate noſtra Saltwedel, anno domini M°. CCC°. LX°., feria tercia poſt dominicam Judica me deus.

CXXI. Gebhard und Heinrich von Alvensleben verpfänden an Günther Schütze und zu getreuer Hand Bodo, Hans und Hempo von dem Kneſebeck zwei Mann in dem Dorfe Mellin, am 15. März 1360.

Wi Geuerd vnde Hinrik van Aluenſleue, Brudere, Bekennen vnde bethugen openbar in deſſem Breue vor alle den, de en ſeen eddir horen leſen, dat wi hebben geſat vnde ſetten in deſſem breue mit vulbort vnde mit willen mines wyues Geuerdes vorbenömet Gunther ſcutten vnde tu ſiner truwen hant Boden Hanſe vnde Hempen van dem knyſbeke, bruderen, twe man mit allerleie rechte, Henneken Goghreuen vnde Benen ſinen neybur, in deme dorpe tu Mellyn, vor achte mark Brandenburges ſuluers, alſe wi de gehat hebben bet an deſſe tid, Alſo dat wi dit vorbenomde gut moghen loſen in allen ſunthe Micheles Daghen vor achte mark Brandenburges ſuluers eddir vor ſunthe Micheles daghe vor negen mark des ſuluen ſuluers ane allerleie wederſprake. Dat wi dit ſtede vnde gantz holden willen, des hebbe wi Tu eyner bethuginge vſe Ingeſegele laten hengen an deſſen Brif. Gegeuen na Godes bort drutteyn hundert Jar dar na in deme ſeſtegeſten iare, des ſondages tu mitvaſten.

CXXII. Die von Bodendiek verkaufen das Dorf Wendiſchen Grabenſtedt an das Kloſter Diesdorf, am 23. April 1360.

We Her Boldewin, Riddere, Berteld, Boldewin, Gheuerd, desſeluen Hern Boldewines ſone, Henning, Otte, Perner to pattenſen, Anno vnde Cord, werners kindere, al gheheten van Bodendike, bekennen in deſſeme breue, Dat we mit willen vnde mit ganſer vulbord al vſer eruen vnde vrunde Hebben verkoft vnde laten vnde verkopen vnde laten in deſſeme ſeluen breue deme Proueſte . ., der priorinne vnde dem ganſen Conuente deſ Godeſhuſes to Dyſtorpe vor drehundert vnde ene mark Luneborcher penninghe, de os vruntliken vnde ganſliken betalet ſin, Dat ganſe Dorp wendeſchen Grauenſtede, dat alle iarlik gift rechter gulde vnde rente dre wichſchepeln Rogken vnde neghenteyn mark vnde verdehaluen ſchilling Luneborchere penninge, vnde twe wiſche, de gheheten ſin Hofwiſche, vnde de Molen darſelues ghelegen, mit alleme rechte, mit dem hogeſten vnde mit dem ſideſten, mit voghedye mit alleme deneſte, mit aller vrucht vnde nut In water, in weyde, in wiſchen, in holte, in ackere, ghered vnde vnghered, in ſtraten, in welden vnde in marken, vnde in al dem, dat to dem ſeluen dorpe vnde Molen hord, eweliken, vredeliken vnde roweliken to beſittene, vnde willen des vorbenomden gudes rechte ware weſen vnde ledeghen van allerleye rechter anſprake. Vp dat alle diſſe vorgheſchreuene Ding eweliken vaſt vnde ſtede gheholden werden, ſo hebbe we deſſen bref beſeghelet mit vſen Ingheſeghelen. Gegheuen na der bord Godeſ dretteynhundert iar In dem Seſtegheſten Jare, In Sente Jurien daghe des hillighen Merterers.

CXXIII. Günther Schütze entſagt ſeinen Anſprüchen an zwei Mann in dem Dorfe zu Mellin, die ihm von Gebhard von Alvensleben verpfändet geweſen, am 17. Mai 1360.

Vor alle den, de deſſen Brif ſeen edder horen leſen, Bekenne Ik Gunther ſchutte vnde betughe openbar, dat ik hebbe gelaten vnde late mit deſſem Breue twe man in deme Dorpe tu Mellyn, Henneken Gogreuen vnde Benen ſynen neybur, mit allerleie rechte, de mi Geuerd van Aluenſleue, Hern Geuerdes ſone, geſat hadde vor achte mark ſuluers, alſo dat ik noch nemant van miner wegen dar vp zaken ſcullen noch enwillen. Tu eyner bethuginghe hebbe ik min ingeſegel Laten henghen an diſſen brif, Gegheuen na godes bort drutteyn hundert Jar dar na in deme ſeſtegeſten iare, des negeſten ſondaghes vor Pingeſten.

CXXIV. Das Kloſter Diesdorf bekundet, daß ſeine Conventualin Ermgard von Lüneburg im Auftrage von Ermgard Jens von Kneſebeck eine Rente in dem Dorfe Mellin gekauft habe, am 24. Juni 1360.

In nomine domini amen. Pietas affectuoſa nullatenus erit obliuioſa, Quare nouerint chriſti fideles vniuerſi, Quod Ermeghardis de Luneborch exnunc preſidenſ Officio Karitatiſ, ex commiſſo emit in tota villa Mellyn vnum talentum vſualiſ monete pro XIIII marciſ denariorum cum denariis Ermeghardiſ yens de Kneſbek bone memorie in memoriam eius perpetuam ad percipiendum anniſ ſinguliſ ab amminiſtratrice Officii Caritatiſ in feſto Natiuitatiſ marie, quo tempore predicte ville cenſuſ debet perſolui, et tollendum; Ita tamen, quecunque fuerit pro tempore dicti Officii procuratrix, Huiusmodi memoriam die uel feſto beate marie Magdalene perpetuam quolibet anno procurabit peragendam. In cuius teſtimonium Noſ Johanneſ de Buk prepoſitus et Elyzabeth de Marnholte prioriſſa, cum conſenſu noſtri Conuentuſ concordi preſentem litteram ſigilliſ noſtriſ dedimus communitam. Anno domini M°. CCC°. ſexageſimo, die beati Johanniſ baptiſte Natiuitatiſ.

CXXV. Das Kloſter Diesdorf bekundet, daß mehrere Conventualinnen zur Stiftung ihrer Gedächtnißfeiern Renten aus Mellin gekauft haben, am 24. Juni 1360.

Nos Johannes de Buk Prepoſitus, Elyzabeth Prioriſſa Totuſque Conuentus ſanctimonialium in Dyſtorpe vniuerſis chriſti fidelibus recognoſcimus per preſentes, Quod in chriſto nobis dilecte Gherburgis, Margareta, ſorores congnomine Hud, alheydiſ de Salina, wobbeke Cruſen, Mechtildiſ Rolenuſ, Bertradis et Alheydis Stop emerunt in tota villa Mellyn quatuor talentorum redditus pro Septuaginta quatuor marcis denariorum perſolutiſ, percipiendos et exſoluendos in feſto Natiuitatis Marie in hunc modum, Quod vnum talentum ex hiis quatuor ab inſtanti cedere debebit in memoriam anniuerſalem Wobbeken de Salina in feſto Mauricii beati martiriſ perpetuam, Ita vt diſtribuantur cuilibet ſacerdoti ex noſtriſ Cappellaniſ ſolidus et ſcolaribus cuilibet ſex denarii. Hanc diſtributionem miniſtrabit iugiter procuratrix Officii omnium animarum. Preterea deo ſic diſponente, cum mortue fuerint Gherburgis, margareta et alheydiſ de ſalina vnum ex aliis tribus talentis commanebit ſupradicte memorie perpetue ſuarum et omnium amicorum pro ſalute. Proinde Cappellani et ſcolareſ feſto prenotato feſtiue ſeruabunt vigilias et demane in miſſiſ memoriam pro defunctiſ; Reſidue vero quatuor perſone ſuperuiuenteſ debebunt vti aliorum duorum talentorum redditibus ſuiſ temporibus, et ſi vna ex eiſ obierit uel due uel treſ, vltima ſuperuiuenſ integraliter percipiet et habebit hec duo talenta predicta velud omneſ. Hiis omnibus defunctis ſpectabunt ad Officium omnium animarum pro vtilitate Clauſtri et Conuentuſ, prout amminiſtratrix dicti Officii diſpoſuerit faciendo. In teſtimonium huiuſ facti, vt fideliuſ et diligentiuſ ſeruetur, huic littere Sigillum prepoſiture et Conuentuſ duximus apponendum. Anno domini M°. CCC°. Sexageſimo, In die beati Johannis Natiuitatis.

CXXVI. Das Kloſter Diesdorf bekundet, daß die Conventualin Mechtilde von Gardelegen durch einen Beitrag zum Ankauf des Dorfes Wendiſchen Grabenſtedt Gedächtnißfeiern für ſich und die Ihrigen geſtiftet habe, am 24. Juni 1360.

In nomine domini Amen. Beneficia piorum propter errorem malignorum non ſunt reticenda. Igitur preſentium inſpectores nouerint vniuerſi, Quod Mechtyldis de Ghardeleghe, commonialis noſtra, pietate mota ob premium eterne retribucionis ſui, parentum et omnium amicorum ſuorum ademit dimidium chorum ſiliginis officio caritatis noſtri conuentus pro tredecim marcis denariorum cum dimidia In empcionem ville Wendeſchen Grauenſtede perſolutis ab amminiſtratice dicti officii perpetue percipiendum in eadem villa ſingulis annis In feſto Beati Martini de cenſu ſiliginis et tollendum, Que miniſtrabit ex eo conſolacionem quolibet anno perpetuam In feſto Beati Bartholomei Apoſtoli noſtro conuentui. Eciam procurabit candelam ceream duos ſolidos valentem, que in vigilia dicti Apoſtoli debebit accendi hora veſperarum et ad veſperam diei feſti in exſtinguibili concremari. In teſtimonium huius beneficii, vt fidelius et diligentius hec conſolatio preſeruetur, Nos Johannes de Buk prepoſitus et Elyzabeth de Marnholte prioriſſa pro tempore, cum conſenſu noſtri conuentus preſentem litteram noſtris ſigillis fecimus communiri. Anno domini M°. CCC°. ſexageſimo, In die Beati Johannis Baptiſte Natiuitatis.

CXXVII. Das Kloſter Diesdorf bekundet, daß vier ſeiner Mitſchweſtern Namens Sotmeiſter durch Rente im Dorfe Mellin Gedächtnißfeiern für ſich geſtiftet haben, am 24. Juni 1360.

Noſ Johanneſ de Bok prepoſitus, Elyzabeth prioriſſa Totuſque Conuentuſ ſanctimonialium in Dyſtorpe in preſentibuſ proteſtamur, Quod in chriſto nobiſ dilecte walburgis, Mechtildiſ, Berta et Mechtildiſ dicte Sotmeſterſ emerunt in tota villa Mellyn duorum talentorum redditus pro viginti ſeptem marciſ denariorum Luneborchenſium perſolutiſ percipiendos et exſoluendos in feſto Natiuitatiſ Marie anniſ ſingulis in hunc modum, Quod ſi vna vel due vel treſ de predictiſ quatuor perſonis obierint, vltima ſuperviuenſ in toto tollet ſicut omnes. Hiis omnibuſ defunctiſ predicta duo Talenta ſpectabunt ad Officium omnium animarum, De quibuſ amminiſtratrix dicti Officii perpetuam memoriam in remedium animarum noſtrarum ac omnium noſtrorum amicorum apud predictum Conuentum noſtrum Dyſtorpe in vna dierum Octaue aſſumptioniſ marie jugiter ſtatuet obſeruandam; Et pro vtilitate vel conſolatione Clauſtri et Conuentuſ predictorum duorum talentorum redditus in predicta Octoua diſtribuet, prout meliuſ poterit ordinare. In huius rei euidentiam firmiorem noſtriſ preſens ſcriptum roborauimus cum ſigilliſ. Anno domini M°. CCC°. Sexageſimo, In die beati Johannis Baptiſte Natiuitatis.

CXXVIII. Das Kloſter Diesdorf verſchreibt drei Conventualinnen und dem Küchenmeiſter eine Leibrente für einen Beitrag zum Ankauf von Wendiſchen Grabenſtedt, am 24. Juni 1360.

In nomine ſancte et indiuidue trinitatis Amen. Nos Johannes de bok prepoſitus, Elyzabeth prioriſſa Totusque Conuentus ſanctimonialium in dyſtorpe preſencium recognoſcimus publice proteſtantes, Quod in chriſto nobis dilecte commoniales Alheydis, Reynſit, ſophia, filie vycken brokeres pie memorie, et henneke wulph coquinarius noſter, qui wlgariter dicitur eyn kokemeſter, Emerunt vnanimiter vnum talentum denariorum ſex denariis minus pro duodecim marcis luneburgenſium denariorum et tribus ſolidis, In emptionem ville wendeſchen grauenſtede, ad tempora vite ſue annis ſingulis ad percipiendum et tollendum in hunc modum, Quod ſi contigerit aliquem mori ex hiis quatuor perſonis predictis, tres ſuperſtites plene habebunt predictum talentum temporibus ſue vite, ſic et vltimus viuens percipiet ſicut omnes integraliter poſſidendum; Ipſis predictis quatuor defunctis talentum tribuatur ad officium caritatis noſtri collegii pro ſalute omnium parentum ſuorum, ſic quod de eo amminiſtratrix dicti officii Ipſo die ſacro in exaltacione ſancte crucis ad refectionem dominarum perpetue miniſtrabit, vt eo deuotius ac ſtudioſius de tali refectione gaudentes dignentur patrem omnipotentem pro eis deprecare; vt autem preſcripta permaneant rata, preſentem litteram ſigillis noſtris dedimus communitam. Datum anno domini M°. CCC°. ſexageſimo, In die beati Johannis baptiſte natiuitatis.

CXXIX. Das Kloſter Diesdorf bekundet, daß vier Conventualinnen mit einer Rente aus Andorf ſich Gedächtnißfeiern geſtiftet haben, am 24. Juni 1360.

Nos Johanneſ de Bok prepoſitus, Elyzabeth prioriſſa Totuſque Conuentus in Dyſtorpe vniuerſis chriſti fidelibus recognoſcimus per preſenteſ, Quod in chriſto nobis dilecte Hanna, Elyzabeth, Ghertrud et Aldrud de Marnholte emerunt in villa Annendorpe in Curia, quam nunc inhabitat Ghereke Ghoden, vnum talentum denariorum pro tredecim marciſ denariorum Luneborchenſium perſolutiſ perpetue percipiendum et tollendum de eadem Curia in feſto beati Martini Epiſcopi et confeſſoris anniſ ſinguliſ, quamdiu vixerint predicte quatuor moniales. Preterea deo ſic diſponente, cum omneſ mortue fuerint, antedictum Talentum denariorum ſpectabit ad Officium Caritatis; pro quo taliſ Officii amminiſtratrix perpetuam memoriam noſtram et noſtrorum omnium amicorum In die beatorum apoſtolorum Philippi et Jacobi apud predictum Conuentum noſtrum ſtatuet obſeruandam et pro vtilitate uel conſolacione Clauſtri et Conuentus predictum talentum diſtribuet, prout ei meliuſ videbitur expedire. In teſtimonium huius facti preſentem litteram muniuimus noſtriſ cum ſigillis. Anno domini M°. CCC°. Sexageſimo, In feſto beati Johanniſ Baptiſte natiuitatis.

CXXX. Das Kloſter Diesdorf bekundet, daß zwei Conventualinnen mit Hebungen aus Andorf ſich und den Ihrigen Gedächtnißfeiern geſtiftet haben, am 24. Juni 1360.

Nos Johannes de Bok prepoſitus, Elyzabeth prioriſſa Totuſque Conuentus In dyſtorpe vniuerſis chriſti fidelibus recognoſcimus per preſentes, Quod nobis in chriſto dilecte Conegundis emit et comparauit ſuo pretio In villa annendorpe dimidium chorum ſiliginis pro Tredecim marcis denariorum luneburgenſium ad memoriam omnium parentum ſuorum annis ſingulis In die Quaſi modo geniti, Etiam mechtyldis, filia frederici ledderus pie memorie, In eadem villa annendorpe ademit dimidium chorum ſiliginis pro tanta pecunia ad refectionem dominarum In die petri et pauli percipiendum et tollendum In feſto beati Martini Epiſcopi et Confeſſoris. Ex parte predictarum dominarum nunc ad preſens annis ſingulis cedere debebunt ad Officium Caritatis, de quibus ammininiſtratrix dicti officii perpetuam memoriam omnium parentum ſuorum et amicorum preſcriptis perpetuis temporibus Conuentui monaſterii dyſtorpe, prout poterit, melius annuatim, miniſtrabit. Vt autem preſcripta maneant rata, hec preſens littera ſigillis noſtri conuentus fiſtit ſolidata. Datum anno domini M°. CCC°. ſexageſimo, In die Beati Johannis baptiſte Natiuitatis.

CXXXI. Das Kloſter Diesdorf bekundet, daß ſeine Conventualinnen Ermgard und Gertrud von Lüneburg durch einen Beitrag zum Ankauf von Wendiſchen Grabenſtedt Leibrenten und Gedächtnißfeiern geſtiftet haben, am 24. Juni 1360.

Nos Johannes de Bok Prepoſitus, Elyzabeth prioriſſa Totuſque Conuentus monaſterii dyſtorpe Recognoſcimus publice proteſtantes in hiis ſcriptis, Quod de noſtro conſenſu communi et conſilio In chriſto nobis dilecte Ermeghardis Junior, caritatrix, Ghertrudis de Luneborch, ſoror eius, ad empcionem perpetuam integre ville Slauice Grauenſtede per nos a domino Boldewino milite ſtrennuo ſuiſque legitimis heredibus cognomine Bodendike fulgentibus XX marcas Luneburgenſium denariorum addiderunt, vt de cenſu huius ville prompte ſcilicet pecunie ſuis temporibus vite annuatim XXIIII ſolidi Luneburgenſes de eadem villa debentur indubie miniſtrari, vna vero earum defuncta reliqua ſuperuiuens omnibus vite ſue temporibus In quolibet feſto beati martini Epiſcopi et confeſſoris eoſdem XXIIII ſolidos ſubleuare; ambabus vero defunctis prefati XXIIII ſolidi perſone caritatrici ad donacionem panum alborum dominabus in ſingulis vigiliis apoſtolorum non protelentur ſuo tempore preſentari. Eciam VIII ſolidi eiuſdem monete exceptis aliis XXIIII ſolidis in ſubſidium refectionis ipſo die ſacro Marie magdalene pro commemoracione religioſe perſone Ermegardis de kneſbek pie memorie annuatim iugiter ſeruande de villa anteſcripta deriuentur. Inſuper ad empcionem ſepenotatam eadem Ermeghardis caritatrix ex parte Mechtildiſ de walſtoue in noſtro hoſpitali exiſtentis XIII dimidiam quartam decimam marcam Luneburgenſem expoſuit, vt eidem mechtildi viuenti I chorus ſiliginis de villa iam dicta deriuetur. Ipſa vero mortua ad refectionem ipſo die ſacroſancti mychahelis conuentui noſtro facien-

dam perhenniter reuoluetur, vt dies anniuerſarius ipſius ſuorumque progenitorum eo deuocius peragatur; vt autem ſingula preſcripta maneant rata, preſens hec littera ſigillis noſtri conuentus ſiſtit ſolidata. Datum anno domini M°. CCC°. Sexageſimo, Ipſo Sacro die Johannis Baptiſte glorioſi.

CXXXII. Das Kloſter Diesdorf bekundet eine Stiftung mehrerer ſeiner Conventualinnen, am 24. Juni 1360.

Nos Johannes de Bok prepoſitus, Elyzabeth prioriſſa Totusque Conuentuſ ſanctimonialium in Dyſdorpe vniuerſis chriſti fidelibus recognoſcimus per preſentes, Quod in chriſto nobiſ dilecte Hereke et Alheydiſ ſororeſ de Brunſwik emerunt in villa wendeſchen Grauenſtede vnam marcam denariorum pro decem marciſ denariorum Luneburchenſium perſolutis percipiendam et exſoluendam certo tempore cenſus, Quam marcam Officialiſ Corporiſ chriſti ad luminaria dicti Officii augmentanda annuatim perpetuiſ temporibus procurabit in remedium animarum et omnium fidelium defunctorum, pro quibus tale teſtamentum eſt poſitum perpetuiſ temporibus duraturum. Preterea Margareta de Luneburch ademit de eadam villa vnam marcam denariorum eidem officiali Corporiſ chriſti, ſed vti ea debet temporibus ſue vite et poſt obitum dicte Margarete de dicta marca denariorum duo talenta . . . . ſpectabunt annuatim in honorem beati Johanniſ Ewangeliſte, ceterum autem ad luminare Dominiciſ diebuſ perpetue commanebit. Etiam alheydiſ de Dannenberche bone memorie ſepedicto Officio ademit in ſepedicta villa vnam marcam denariorum pro decem marciſ denariorum Luneborchenſium In honorem Corporiſ chriſti et ad luminaria confirmanda et per miniſtratricem Officii iam dicti omnibus Dominicis feriis in occurrentibus anno lumen ardere diſpoſuit perpetuiſ temporibus duraturum. Item hereke et alheydiſ ſupradicte ſororeſ, Godele et . . . . . ſororeſ, filie Johanniſ Bocmaſt, ademerunt de eadem villa vnam marcam denariorum pro decem marciſ denariorum Luneburchenſium eidem Officio ſepe repetito, ſed vti ea debeant propter beneficium emptioniſ temporibus ſue vite vltima ſuperviuenſ in toto ſicut omneſ et poſt obitum Officio predicto ad luminaria augmentanda perpetue manebit. In teſtimonium huius facti, vt fidelius et diligentius ſeruetur, huic littere Sigillum prepoſiture et Conuentuſ duximus apponendum. Datum anno domini M°. CCC°. Sexageſimo, In die beati Johanniſ Baptiſte natiuitatis.

CXXXIII. Das Kloſter Diesdorf bekundet die Seitens Margarethens, Wittwe des Knappen Hennig von dem Kneſebeck, geſchehene Zuwendung einer Hebung in Andorf, am 24. Juni 1360.

Nos Johannes de Bok, Elyzabeth prioriſſa Totuſque Conuentus ſanctimonialium in Dyſtorpe omnibus hanc litteram viſuris et audituris recognoſcimus publice proteſtando, Quod honeſta domina Margareta, Relicta ſtrennui famuli henningi de kneſbeke bone memorie, in remedium anime viri ſui iam dicti et anime ſue ac omnium amicorum ſuorum emit in villa Annendorpe alterum dimidium Chorum ſiliginis pro XXXIX marcis denariorum Luneburchenſium perſolutiſ ad Officium Caritatis anniſ ſinguliſ de eadem villa in feſto beati Martini Epiſcopi et confeſſoris perpetue percipiendum et tollendum; pro quo beneficio talis Officii amminiſtratrix perpetuam memoriam antedicti henningi et vxoriſ ſue Margarete in die beati Mathei apoſtoli et ewangeliſte apud predictum Conuentum noſtrum cum vigiliis et miſſarum ſollempniis ſtatuet iugiter obſeruandam pro vtilitate tamen vel conſolatione Clauſtri et Conuentus et pro diuiſione denariorum in anniuerſario prenotato, videlicet domino prepoſito ſolidum, cuilibet Capellano VI denarios et ſcolari treſ, predictum alterum dimidium chorum diſtribuet, prout melius ſibi videbitur expedire. In teſtimonium huius facti preſentem litteram ſignauimus noſtriſ cum ſigilliſ, anno domini M°. CCC°. Sexageſimo, In die beati Johannis Natiuitatis Baptiſte.

CXXXIV. Das Kloſter Diesdorf bekundet eine zum Ankauf von Andorf gemachte Stiftung einiger Conventualinnen, am 24. Juni 1360.

In nomine domini amen. Nos Johannes de Bok prepoſitus, Elyzabeth prioriſſa Totuſque Conuentus ancillarum chriſti in dyſtorpe Recognoſcimus publice per preſentes, Quod in chriſto nobis dilecte commoniales alheydis, Reynſwidis et Sophia, filie frederici Brokeres pie memorie, Emerunt In villa annendorpe vnum quartale ſiliginis pro ſex et dimidia marca luneburgenſium denariorum, In Empcionem dicte ville conuerſis ad tempora vite ſue annis ſingulis ad percipiendum et tollendum, in hunc modum, quod ſi vna uel due ex predictis obierint deo diſponente, extunc vltima ſuperviuens in toto dictum quartale percipere debebit velud omnes; poſt mortem ipſarum trium predictum quartale ſpectat ad officium caritatis ad refectionem et conſolacionem dominarum pro memoriale omnium parentum ſuorum, Ipſo die ſacro In Exaltione ſancte crucis faciendam perſone Caritatrici indubie de villa preſata non obmittatur in ſempiternum miniſtrari, vt gauiſe huiusmodi refectionibus deum pro inſtitutoribus fidelius deprecentur; predictum quartale ciues ville tenentur ſoluere circa feſtum beati martini Epiſcopi et confeſſoris. Vt autem ſingula preſcripta maneant rata, preſens hec littera ſigillis noſtri conuentus fiſtit ſolidata. Datum anno domini M°. CCC°. ſexageſimo, In die beati Johannis Baptiſte Natiuitatis.

CXXXV. Johann von Döhren und ſeine Söhne und ſeine Vettern entſagen ihren Anſprüchen auf das Dorf Möllenbeck zu Gunſten des Kloſters Diesdorf, am 29. Juni 1360.

We Jan, Dethard vnde Jan, des ſeluen Janes ſone, Otte vnde Jan, vedderen, alle gheheten van Dore, Bekennen vnde betughen openbare in deſſeme gywordeghen breue, dat we mit willen vnd vulbord al vſer eruen vnde vrunde vertheghen vnd verlathen hebben vnd vertyen vnde verlaten in deſſeme ſeluen breue aller anſprake, rechtes vnde vnrechtes, tynſes vnde Rente vnde aldes, des vs vnd vſen eruen nu oder in tokomender tyd anrored oder anroren mach in dem dorpe to Moldenbeke, To der hant deſ proueſtes, der priorinne vnde des ganſen Conuenteſ to Dyſtorpe, alſo dat we vnde vſe eruen, oder nement van vſer vnde vſer eruen weghene vp dat vorbenomde dorp to Moldenbeke ſaken, ſpreken oder vorderen wille oder ſchole, dat loue we in truwen in deſſem breue ewelik to holdene. Hir enjeghen verlaten de Proueſt . . Priorinne . . vnde de ganſe Couent to dyſtorpe Detherde van Dore, vorbenomt al den ſchaden, den de ſelue Detherd ghedan heft in dem dorpe to winkelſtede, alſo dat ſe nicht mer dar vp ſaken oder vorderen ſcholen. Al deſſe vorbeſchreuenen dingh hebben gedeghedinghet Werner vnnde Henning van der Schulenborch vnde Bode van dem kneſbeke. Vp dat alle deſſe vorbeſchreuenen deghedinghe van vs vnde vſen eruen ſtede vnde vaſt eweliken gheholden werden, ſo hebbe we vorbenomden van Dore deſſen bref beſeghelet mit vſen Ingeſegelen. Na der bord, goddeſ dretteynhundert jar in dem Seſtegheſten Jare, In dem daghe der hilghen apoſtolen ſente Peters vnde Paules.

CXXXVI. Das Kloſter Diesdorf nimmt für eine Schenkung Werner Klyſing und ſeine Eltern in ſeine Brüderſchaft auf, am 30. November 1360.

We ver beke van marneholte, priorinne to Dyſtorpe, vnde de mene kouent bekennen in deſſem openbaren breue alden, de en ſet eder horet leſen, dat we hebben gegeuen vnde nemen wernere klyſinge vnde ſin elderen in vſe broderſſcop vnde in vſe gebet, dat we don dach vnde nacht, vor den haluen wyſpel rogen, den he heft gelaten vnd gegeuen vor Zacharien to erem liue, vnde wen erer to kort wert, ſo ſcal de ſilue halue wyſpel rogen komen in de nvt deſ menen kouenteſ, vnde ſcullen vnde wyllen dar eyne Jartit vore began deſſen vorbeſcreuen wernerre vnde ſinen elderen alle Jar, wil dat dat kloſter ſteyt. Deſſer Jartit wille we began in ſuncte vitalis daghe des hilgen merteleres, de kumt in dem werden dage ſuncte Markes deſ hilgen ewangeliſten. To eyner betuginge vnde to eyner wlbort al deſſer vorſcreuene dyng hebbe we vſer aller ingeſegel vor deſſen bref ghehenghet laten, de geuen Is na goddes bort dretteyn hundert Jar In dem ſeſtegeſten Jare, in ſuncte andreas dage deſ hilgen apoſtolen.

CXXXVII. Hans von Walſtawe cedirt dem Kloſter Diesdorf, für eine ſeiner Schweſter ertheilte Präbende, Gerechtigkeiten in Ellenberg und Steinlage, am 15. Juni 1361.

Ek Hannes van walſtoue, olden Siuerdes ſone, bekenne openbare al den, de diſſen bref leſen, ſen eder horen, dat ek mit willen vnde vulbord miner vedern vnde al miner eruen hebbe ghelaten vnde gheoffert dem erbaren manne Hern Jane van Obernſhuſen, Proueſt to Dyſtorpe, der Priorinne vnde dem ganſen Couente to Dyſtorpe de voghedye deſ dorpeſ to Ellenberghe in Dorpe, in velde, in houen, mit dem hogheſten vnde ſideſten, vnde al dat gud dar mede, dat ek in dem ſuluen dorpe hadde, deſ ſi lutlik eder vele. Ok ſo lat ek dem ſuluen Couente dat verde Del des haluen Tegheden to Stenlaghe, alſe dat ſelue gud min vader vnde ek beſetten hebbet wente in diſſe ſeluen tid. Hir vmme ſo heft de vorghenomde proueſt . . priorinne . . vnde de ganſe Couent miner ſuſter Mechtelde de prouende gheuen in dem Spetale to Dyſtorpe to beſittene vnde vptoborende, alſe en plechſede is der Bekkinen, de dar inne wonen. To ener groter wiſenheyt ſo ſette ek hanneſ vorgheſchreuen to borghen deme dicken nomden proueſte . . der priorinne . . vnde dem Couente mine vedderen Gherde vnde Gheuerde, brodere, van walſtoue, to walſtoue wonet, Ghereken van walſtoue, to Berſtede wonet, werner vnde Henrik, brodere, van der Schulenborch vnde Henning van der Schulenborgh, Icht ienich hinder eder anſprake velle an dit vorſchreuene gut, dat we ſcholen vnde willen dat entledeghen, wan dat van vs van dem proueſte eder dem Couente gheeſchet wert. Ok ſo wil ek hanneſ van walſtoue vorghenomt den eghendom diſſeſ ſchreuenen gudeſ dem vornomden Couente weruen mit minem arueyde vnd koſt. Dat al deſſe vorſchreuenen Ding vaſt vnde ſtede gheholden werden, So hebbe ek Hanneſ Sakwolde, Gherd, Gheuerd, Ghereke van walſtoue, werner, henrek vnde Henning van der Schulenborgh vſe Ingheſeghele henghet an diſſen bref. Na der bord godes Dritteynhundert Jar In dem en vnde ſeſtegheſten Jare, In ſente witeſ Daghe deſ mertelerſ.

CXXXVIII. Das Kloſter Diesdorf bekundet eine Stiftung mehrerer ſeiner Conventualinnen, am 25. Januar 1363.

Nos Johannes de Obernſhuſen prepoſituſ in Dyſtorpe, omnibus hanc litteram viſuris et audituris recognoſcimus publice proteſtando, Quod Ghebe et margareta dicte Hodes ſorores cum pueris ſuis Alheydi de Salina et Alheydi Stobes, Clauſtri noſtri Moniales, emerunt octo Choros ſiliginis in villa Abbendorpe in Curia, quam nunc inhabitat Thyde de prilop, a Ludero, filio heynen de abbendorpe, et ſuiſ veriſ heredibuſ pro nouem marcis denariorum perſolutis, quos anniſ ſinguliſ in feſto ſancti mychahelis percipient temporibus ſue vite. Et ſi vna ex quatuor predictiſ perſoniſ obierit vel due vel tres, vltima ſuperuiuens integraliter percipiet ſicut et omnes. Hiis omnibus defunctis iam dicti Chori ſiliginiſ ſpectabunt et cedent ad potum omnibus

ſextiſ feriis dominabus noſtriſ miniſtrandum. In cuius facti vel recognitionil teſtimonium preſens ſcriptum Sigillo noſtre prepoſiture dedimus communitum. Datum anno domini M°. CCC°. LXIII°., In die beati Pauli Conuerſionis.

CXXXIX. Die von Döhre verkaufen ihre Anrechte auf Döhre und Oſtede an die Familie Bokmäſt und zu Gunſten des Kloſters Diesdorf, am 22. Februar 1363.

Ik iohan van Doren, de nu to gledeuerde wonhaftich is, vnd ik Otte van Doren, de wonhaftich is to wolderſtorpe, vnd ik iohan van Doren, wonhaftich was to honſtede, nu wonhaftich is to ſerkeme, vnde ik dethert vnde iohan, brodere van Doren, iohannes ſone van Doren, vnde alle gheheten van Doren, we bekennet alle vnde betughen in deſſeme oppennen breue, dene we alle beſeghelt hebben mit vſen inghefeghelen, dat we hebben mit ganſen wlbort vnſer rechten eruen, de nu ſint vnde noch werden moghen, de anſprake, de we haddenn van druttels weghene van Doren vſes veddere in deme gode to Doren, dat de bocmaſten vah eme hebben, de anſprake hebbe we laten vnde latet mit willen tyderike vnde olrike den bocmaſten vnde eren rechten eruen vor ſeuentich marc luneborgere penning vnde den cloſter vrowen to dyſtorpe to gode, dat we dar nicht mer in deme gode hebben, vortmer ok in deme haluen tegeden to oſtede, denn ſe hebben van ghereken van ſides akere, de anſprake, de we dar ane hadden, de late we ok tyderike vnde olrike den bocmaſten vnnde eren rechtenn eruen, vnde we dar nicht mer ane hebben. Alle dat in deſſeme breue ſcreuen is, dat loue we alle vah Doren vnd hebben lovet: ik iohan van doren vnd ik otte van doren vnd ik iohan van doren vnnde ik Dethard vnnde iohan van Doren, iohannes ſone van Doren, tyderike vnde olrike den bocmaſten vnde eren rechten eruen en truwen mit ener ſammeder hant ſtede vnde vaſt to holdende ane jenerleye arghelift. To ener beteren orkunde ofte wiſſenheyt, ſo hebbe we deſſen bref beſegelt mit vſen inghefegelen witliken vnnde mit willen. Deſſe bref is ſcreuen na godes bort duſent iar drehundert iar in deme dre vnde ſeſtegeſten iare, in dem hilgen daghe ſunte petrus des apoſteles.

CXL. Die von Crucemann verkaufen dem Kloſter Diesdorf eine Hufe zu Deutſch Bierſtedt, am 25. Juni 1363.

We Henning vnde boſſe, brödere, gheheten krutzeman, Henning vnde Harnid, des ſuluen Henninghes ſöne, bekennen vnde bethughen openbare in diſſeme breue, dat we mid

bedachteme mode, mit vulbort vſer rechten eruen hebben vorkoft vnde ghelaten Heren Georgio, proueſte, vrowen Elyzaben, priorinne, vnde deme ghemeynen Conuente des kloſters vſer vrowen tho Diſtorp des Orden ſancte Auguſtini In deme ſtichte tho verden vnde laten in diſſeme breue eyne huue in deme velde tho dudeſchen beerſtede, de nu lyd tho deme houe, dar nu inne wonet winteruelde in deme ſuluen berſtede, mid alleme rechte vnde nud, alſo we vnde vſe elderen von oldinghe bit hertho ſe hebben gehad, mid voghedye an velde, an dorpe, an holte, an wiſche, an weyde, an weghe vnde an vnweghe, vnde willen den ſuluen . . proueſte . . priorinne vnde Conuente diſſer latinghe rechte weren weſen, wur, wanne vnde wo dicke ene des nod is. Thughe diſſer ding ſin de Erbaren wiſen man Her Ghuntzel von bertenſleue, proueſt tho vſer vrowen tho ſoltwedele, Here Hinric, proueſt tho deme Dambeke, Her Conrad von kouelde vnde vele anderer vromen lude. Vp eyn merer orkunde hebbe we diſſen bref witliken beſeghelet mid vſen Ingheſeghelen, Na der bord Goddes dretteynhundert Jar In deme dre vnde ſeſtegheſten Jare, In deme negheſten daghe ſancte Johannis baptiſten.

CXLI. Der Rath zu Lüneburg bekundet, daß der Bürger Nicolaus von Toppenſtedt dem Kloſter Diesdorf einen halben Wagen Salz vermacht habe, am 5. Juni 1364.

Nos Conſules Ciuitatis Luneborg, Johannes Bene, Albertus Hoke Senior, Johannes garlop, Hinricus miles, Johannes viſchkule, Ludolphus vinclo, Hartwicus de Salina, Johannes de pentze, Hartwicus abbenborch, Hartwicus Holſte, Nicolaus Garlop, Didericus ſprinck Int gudt, Tenore preſentium Recognoſcimus et Teſtamur, Quod Nicolaus de Toppenſtede, noſter Conburgenſis bone memorie, dum viueret ſuum ordinans Teſtamentum, dedit et aſſignauit Conuentui Sanctimonialium In diſtorppe dimidium plauſtrum Salis In Salina Luneborg quolibet flumine In tota domo volquerdinge In angulo In quatuor Sartaginibus ibidem poſitis perpetuis temporibus poſſidendum. Collector tamen bonorum Salinarium ad vſus predictarum Sanctimonialium pertinencium debet Tollere et colligere per ſingulos annos huius dimidii plauſtri flumina et eadem caritatrici preſentare, poſtquam per annum ad ſummam ſunt collecta, caritatrix vero ſepedicta flumina dimidij plauſtri diſtribuere debet Secunda feria primo adueniente In quadrageſima Inter Sanctimoniales omnes et ſingulas eciam, cuiuſcunque gradus exſtiterint, equaliori modo quo fieri poteſt, vt omnes et ſingule protunc memorias Nicolai de Toppenſtede necnon vxorum ipſius ſcilicet alhedis et Gertrudis ſuorumque parentum cum vigiliis et miſſis ſolempniter peragant et deuote. Sicque memoriarum peractio In prenotato termino necnon fluminum diſtributio continuabitur tempore ſempiterno. In huius legacionis et donationis teſtimonium cercius ſigillum noſtrum preſentibus eſt appenſum. Datum anno domini milleſimo Tricenteſimo Sexageſimo quarto, Ipſo die Beati Bonifacij martiris et ſociorum eius.

CXLII. Die von dem Kneſebeck verkaufen Beſitzungen in Döhre an das Kloſter Diesdorf, am 11. Auguſt 1364.

We Hannes vnd Hempe, Hern Hempen ſone, Paridam, Paridames ſone, bodo, boden ſone, alle gheheten van deme kneſbeke, bekennen in diſſeme breue openbare, Dat we mid vorbedachteme mode mid vulbort vſer vedderen Janes, boldewines vnde Hanſes, boldewines ſöne von dem kneſbeke, vnnde vſer rechten eruen hebben vorkoft vnnde laten in diſſeme breue vrye vnd ewichliken tho beſittende Heren Georgio, deme proueſte, vrowen Elyzabhen, der priorinne, vnd deme gantzen Couente gemeynliken des goddeſhuſes to Dyſtorpe in deme ſtichte to verden tuene houe in deme Dorpe Doren, In dere eyneme wonet Nycolaus von Schadewolde, in deme anderen ludger brunſek, mid vere huuen, gheleghen in deme velde Doren, alſo ſe ſyn an velde, an dorpe, an wyſchen, an wolde, an holte, an ackere, gheouet vnd vngheouet, vnd vere kotſetere In deme deme ſuluen dorpe mid aller nut vnde mid alleme rechte, alſo we vnd vſe elderen ſe langhe beſethen hebben, vor twe vnde ſeuentich mark pennighe, de ſe vs rede bethalet hebben vnde we ſe ghekart in openbare nut vſe vnde vſer eruen; vnde de vorbenomede Couent ſchal vſer vnd vſer lefhoueden ſele pleghen, wanne vſer tho kart wert, mid erer gheyſtliken Innicheyt, alſo we erer gheyſtliken achte wol ghelouen; we ſchullen ok vnnde willen mid ghudeme willen den vorbenomeden Couente vnde ſinen vormunderen, we de ſyn in der tyd, des vorſcreuenen gudes rechte were weſen, wur vnde wo dicke des nod is, vnnde leenware eme tho gude holden ane allerleye argheliſt vnde droghenhafticheyt, alſe langhe want de vormundere des vorbenomeden ghoddefhuſes den eghendom by vſeme heren, deme Markgreuen von brandeborch irweruen des vorbeſcreuenen gudes. Thughe diſſer dinghe ſyn gheuehard von aluenſleue vnd bake, knapen, Her Hinrik, perner tho abbendorp, Her Syuerd, pherner tho ſtöckeme vnnde ghenöghe anderer vromen lude. Op eyn orkunde diſſer dinghe hebbe we vſe Ingheſeghele ghehenghet an diſſen bref, Nach der bord Goddes Dretteyn hundert Jar In deme vere vnde ſeſtigheſten Jare, des ſondaghes na ſunte laurentius daghe.

CXLIII. Bernd und Henning von der Schulenburg bekunden, daß ſie dem Kloſter Diesdorf mit Margarethe von der Schulenburg Hebungen aus Ellenberg und Wiſtedt mitgegeben haben, am 30. October 1364.

Wy her bernd, ridder, vnde henningh, knecht, vedderen gheheyten van der ſchulenborgh, bekennen vnde betughen openbar in deſſeme Jeghenwardighen breue, Dat wy myt rade vnde myt vulbort vſer vedderen werneres vnde hinrikes hebbenn redeliken vnde rechtliken ghelaten vnde gheuen deme proueſte vnde der priorinnen vnde deme gantzen conuente des kloſteres tu diſtorpe myt ver margareten van der ſchulenborgh, ichteſwanne langhe werneres Dochtern, eynen haluen wyſpel rogghen gheldes iarliker pleghe myt alle deme rechte,

dat wy dar an hebben ghehat wante an deſſe tid; deſſen haluen wiſpel rogghen gheldes ſchalme en gheuen alle Jarlike vte den dorpen vnde vte den houen, de hir na benomet ſtan: vte deme dorpe tu ellenberghe vte heyne burynges houe ſes ſchepel vnd vte deme dorpe tu wiſtede vte hermen ſchulten houe Dre ſchepel vnde darzulues vte gheſen houe van werle dre ſchepel, alzo dat wy vnnde vſe eruen an deſſer vorbenomeden ghulde neyne lozinghe edder neynerleyge anghevelle mer beholden, ſunder ſi ſchal bi deme kloſtere ewichlike bliuen. Dat wy dit ſtede vnd vaſte holden ſcholen vnde willen, ſo hebbe wy tu tughe en deſſen bref ghegheuen, beſeghelet myt vſen ingheſeghelen. Na godes bort drutteynhundert iar In deme viere vnde ſeſtegheſten iare, des myddewekens vor alle godes hilghen daghen.

CXLIV. Die von dem Kneſebeck bekunden, daß ihr Vater Ludolf mit Hebungen in Döhre eine Gedächtnißfeier im Kloſter Diesdorf geſtiftet habe, am 11. November 1364.

We her Ludolf vnde Ludolf, Riddere, vnde hannes, knecht, Brodere, gheheten van deme kneſbeke, bekennen openbarlike in deſſeme breue vor allen, de ene ſen eder horen leſen, dat vſe vader Ludolf van deme kneſbeke, deme god gnedich ſi, mit gantzer vulbord vnde mit gudeme willen vſer vnde alle ſiner anderen eruen heft ghelaten vnde ghegheuen deme proueſte, der priorinnen vnde deme gantzen Conuente des Cloſteres to dyſtorpe enen halben wicſchepel Rogghen gulde, ewelike bi deme Cloſtere to bliuende, In deme dorpe to dore vte deme houe, dar nv vppe wonhaftich is Dethard Godekens. Dit korn ſcal he eder ſine nakomelinghe bringhen vppe den hof to dyſtorp alle iar to ſente Mertensdaghe. Och bekenne we in deſſeme breue, dat de vorbenomede Ludolf van deme kneſbeke, vſe vader, heft ghegheuen vnde ghelaten den ſmalttegheden van deme ſuluen houe Dethardes Godekens vnde dar to van deme houe, dar nv vppe wonet heyne langheneſe, den ſmalttegheden deme Godeſhuſe to dyſtorpe. Vor deſſe gulde vnde deſſen tegheden ſchulen de Cloſtervrowen vnde willen began de dechtniſſe vnde Jartyd vnſes vader vnde vſer muder ſele mit vigilien vnde ſelemiſſen alle iarlikes in ſente felix vnde adauctus daghe. Vppe dat dit ſtede vnde vaſt gheholden werde, ſo hebbe we Ludolf vnde Ludolf, Riddere, vnde hannes, knecht, vorbenomeden vſe ingheſeghele mit willen an deſſen bref ghehenget laten. Ghegheuen na godes bort dritteynhundert iar vere vnde ſeſtich iar, In ſente Mertens daghe des hilghen biſcopes.

CXLV. Die Gebrüder von dem Kneſebeck überlaſſen dem Kloſter Diesdorf eine Hebung aus Döhre, am 20. Januar 1365.

We Her ludolf de eldere, Her ludolf de Junghere, Riddere, Hannes, knecht, brödere gheheten von deme kneſbeke, ludolfes ſone von deme kneſbeke, bekennen vnnde bethughen an diſſeme breue, Dat we endrechliken mid bedachteme mode, mid vulbord vſer eruen hebben vorkoft vnde ghelaten deme proueſte, der priorinne vnde deme Conuente des Cloſteres tho Dyſtorpe dre wichimpten rogghenn Jarliker pacht ewigher ghulde, de ene gheuen ſchal alle Jarlikes vppe ſunte Mychahelis dach weſeke, de wonet tho Dore, von der houe, de he driuet In deme velde tho Dore von vnſer weghen, vnde ſine ewighen novolghere, de de ſuluen houe na ſiner tyd driuenn, ane vortoch vnnde hinder. Worde Jenigherleye vngheuelles de vorbenomede hvue vorwoſted, des god nicht enwille, ſo ſchulle we vnde vſe eruen vnde willen mid gudeme willen den vorbenomeden proueſte, priorinne vnde Conuente alle jarlikes gheuen von vſeme wiſſeſten dre wichimpten rogghen vppe den vorbeſcreuen ſunte Mychahelis dach, alſo langhe langhe want we eder vſe eruen ſe an ſodane gud wiſen, dar ene an ghenughe; we vnnde vſe eruen moghenn ok de vorbenomeden dre wichimpten rogghen en weder kopen vor thu vnde twintich mark luneborgher pennighe, wanne we willen vppe ſunte Mertines dach ane wedderſprake der vorſprokenen proueſtes, priorinne vnde Conuentes; wanne we ene de thu vnde twintich mark bethalet hebben, ſo ſin vſe vnde vſer eruen de dre wichimpten rogghen ledig vnde los. Thughe diſſer ding ſin Her Hinrik von Goſlere, Her Jan kratik, preſtere, Janesman vnde ludeke ſchapere, knechte, vnde vele anderer vromen lude. Oppe eyn orkunde diſſer ding hebbe we en diſſen bref ghegheuen witliken beſeghelet mid vſen Ingheſeghelen, Na der bord Goddes Dretteyn hundert Jar In deme viue vnde ſeſtegheſten Jare, In ſunte Fabianes daghe.

CXLVI. Das Kloſter Diesdorf bekundet eine Stiftung ihrer Conventualinnen Ermgard und Gertrud von Lüneburg, am 20. Januar 1365.

Nos Georgius prepoſitus, Elyſabeth prioriſſa totusque conuentus ſanctimonialium in diſtorpe vniuerſis chriſti fidelibus recognoſcimus per preſentes, quod in chriſto nobis dilecte ermegardis procuratrix officii karitatis, ac ſoror ſua Gertrudis dicta de luneborch emerunt pro XXII marcis luneborgencium denariorum in bonis dominorum ac militum ſtrennuorum domini ludolfi et ludolfi ac Johannis famuli fratrum de kneſbeke tria quartalia ſiliginis in villa dore in curia, quam nunc inhabitat veſeke ſancke, percipienda et exſoluenda in feſto beati Michaelis ad officium karitatis in hunc modum, quod ab inſtanti vnum quartale cedere debebit ad conſolacionem panis et ſeruiſie omnibus vigiliis apoſtolorum conuentui noſtro in diſtorpe; aliorum duorum quartalium vti debent predicte perſone ermegardis et Gertrudis temporibus vite ſue, quibus defunctis predicta duo quartalia ſpectabunt ad ſupradictam conſolationem in vigilia apoſtolo-

rum. In huius rei euidenciam firmiorem noſtris preſens ſcriptum roborauimus cum ſigillis. Datum anno domini M°. CCC°. ſexageſimo quinto, in die beatorum martirum fabiani et ſebaſtiani.

CXLVII. Paridam von dem Kneſebeck ſchenkt dem Kloſter Diesdorf eine Hebung aus Horſt und Steinlage, am 7. September 1366.

In gadeſs namen amen. Ick parumm gheheten vamm kneſebeke ſackweldighe bekenne vnd betughe apenbare In duſſeme yeghenwardighen apen breue vor alle, de ene ſen edder horen leſen, dat ick genſliken dorch gades willen marien ſiner leuen moder vnd in de ere deſs werdighen hilgen cruceſs vor myne olderenn ſsele, van den ik ghekamen ſy, vnd vor myne ſsele na deſſeme vorghenliken leuende vnnde vor de leuen ſselen, de deſs von rechte loen hebben ſchollen, vnd vor alle criſten ſselen vnd to eyneme ewighen laue vnde to eren hebbe ik ghegheuen vnde gheue mit guden willen vnde mit ganſer vulbort alle myner rechten eruen, dar idt ſich nu to behoret vnde hir na ewichliken to boren mach, In dat gadeſshuſs to diſtorppe eyn deylſs myneſs vaderliken erueſs deme werdighen cruce to laue vnde to eren ewichliken, dat ick vnde meyne rechten erven gheuen vnde gheuen eyn wiſpel roggen vthe deſſeme Dorppe, nomeliken van den Hauen vth der Horſt vnde De ſtenlaghe, Dat ſulffe Dorppe, dat de van Danne van vnſs to lene hebben vnde noch hebben, ſo ſchollen De van Danne vthgheuen alle iare to ſunte michaeliſs daghe deme werdighen hilgen cruce ſunder yengerleye voretoch. Effte de ſulffen van danne de ſtenlage vnde de horſt vthdeden ander luden, dede der ſtenlage vnde der horſt brukenden acker, wiſke vnde holte, deſs geliken vthgeuen, alſse de van danne van rechteſs weghen doen ſcholden. Den ſulfften wiſpel roggen ſchollen de vam kneſebeke Juncfrouwen vpnemen, de van her parumm ſlechte ſynt vnde noch kamen moghen; Vnde ſchollen dar vore holden den werdighen hilghen cruce lichte to bernende to laue vnde to eren, alſseme dare alder meyſt vor thughen kan. Effte de van danne, edder de de guder hedde, ſodaneſs vorbleue, ſodane pach nich vthqueme, wen ſe my eddder mynen eruen dat klageden, ſo wil ick vnde myne eruen mit vnſen knechten edder deſs kloſters knechte vmme panden vnde vmme panden laten, ſo langhe wente ſe ere vorſcreuen pechte hebben, de ſulfften, de do ſtenlage vnde der horſt brukeden. Deſſe vorebeſcreuen ſtucken laue ick her parumm vnde vor alle myne rechten eruen, dede nu ſynt vnd noch kamen moghen, Deme werdighen hilghen cruce vnde der werdighen Juncfrowen marien vnde deme kloſter to Diſtorppe to ewighen tyden ſtedt vnde vaſte vol to holde ſunder yengerleye argeliſt, Szo hebbe ick Her parumm vnde myne rechten erue to groterer wiſſenheyt myn Ingheſegel ghehengen laten nedden an deſſeſs bref, de gheuen vnde ſcreuen iſs na der bort criſti dritteynhundert Jare In deme ſeſs vnde ſeſtegeſten iare, in den hilgen auende vnſer leuen frouwen der lateren.

CXLVIII. Die von dem Knesebeck überlassen dem Kloster Diesdorf für die Aufnahme Adelheid Janesmanns eine ablösbare Hebung in Lagendorf, am 6. Dezember 1366.

druckeden wordenn wider vormeldenn, ſzo ſe dem Cloſter darauer gegeuenn, Is och tho der tidt des Prawe(ſtes) des Cloſters tho Diſtorpp vann ſtunde ahnn Inn geroſz(amer) Poſſeſſion vnnd gewer vann denn vann Hitzker alſz denn kopernn geſettet vnnd de Pacht, alſz anderhalff wiſpell Roggen, vnnd dat dennſtgelt geboret; vnnd Inn kortenn Jarenn darnha hefft de Praweſte de genanten houe, Pechte, dennſte, wo ſze vann denn Hitzkernn gekofft, einer Junckfrouwenn bynnenn dem Cloſter tho Diſtorpp, Gerdrudt vann Marenholt genandt, wedder vorkofft vnnd denn kopbreff thogeſlagenn, welchere Junckfrouw de pecht vnnd dennſtgelt de tidt orhes leuendes och vnuorhindert rowlich vpgehauenn vnnd gebrukett; darnha Inn orhem leſtenn hefft ſze der gantzenn vorſzamlung bynnenn dem Cloſter Diſtorpp denn Breff gegeuenn, de denn ethliche Memorienn vnnd Gadesdennſt daruann holdenn ſcholdenn, welche pacht vnnd denſtgelt nach vormoge Breue vnnd Szegell vann denn Junckfrouwenn, ſzo de ſamlung dartho vorordent, geborett, och alſzo, dat ſze vngefer faſt by twenn hundert Jarhenn rowlich vngehindert vffgehauenn vnnd der vorſzamlung vnnd Suſterenn nach Gertrudenn vann Marenholt erhenn laſten willen daruann entrichtet vnnd gegeuenn, vnnd hebbenn mit dem gekofftenn haue alſz orhenn Eruenn enſettet vnnd geſettet, gehandelt vnnd gewandelt orhes gefallenns, vnnd ſynt derhaluenn denn vann dem kneſzebeck edder nemandt gerechticheitt dar Inne geſtendig. Nhu hefft ſich auer thogedragenn, dat vngeferlich by ſouentich Jarhenn twe Junckfrouwenn Im Cloſter Diſtorpp, alſz ein vann Marenholt vnnd ein vann watling, dede de pechte vnnd dennſt vpgenhamen, welcher genanthe Junckfrouwenn orhe frundtſchopp mit denn vann deme kneſzebeck tho Langennapell geholdenn, dar dorch vorgunth, dat vnderwilennde Mann, ſzo vp denn gekofftenn haue tho Dorhe gewanet, welcher Dorpp doch nicht eine halue Mile weges vann Langennapell licht, de Frouwe vann dem kneſzebeck vnderwilenn beth tho Diſtorpp gefarenn vnnd hefft de vann kneſzebeck denn Jungfrouwenn ein Botther weggenn edder ſunſt wes tho voereheringe gebracht, vnnd de wile denn veill Infhals mit krigenn vnnd perde tho nhemende Inn der tidt geweſt, dar dorch denn ethliche des Cloſters Dampke lude de Schwarte Albrecht vann der Schulenborch zeliger IV ſchillinge lubiſch tho voreherung vnnd vordegedinges gelt gegeuenn vnnd ethliche des Cloſters Diſtorpp lude tho der tidt denn vann dem kneſzebeck, vnder deme hefft de Mann tho Dorhe, Achim Jop genandt, Ludeleff vann dem kneſzebeck och de IV ſchilling gegeuenn tho vordegedinges gelt. Doch nicht faſt lange darnha Is her Gerdt vann wuſtrouw Praweſt tho Diſtorpp gewordenn, welcher ſulches wider beſchwer vp des Cloſters Arme lude nicht hefft lenger geſtadenn, ſzunder ſich vnderſtandenn, des Cloſters Lude ſuluenn tho vordegedingenn, och denn Ludenn de IV ſchillinge vordegedinges gelt vth tho geuende: wo nhu Ludeleff vann kneſzebech de IV ſchillinge nicht mher bekamenn konde edder ſunſt ahnn den Mann Ichtes wes tho bekrefftigenn wuſte vnnd dennoch gerne Ichtes wes gehadt hadde, is he her gekamenn vnnd hefft einenn Papen, her Jacob wilkenn genandt, auer Drewes Joppen hoff tho Dorhe, dar doch keine gerechticheitt ahnn hadde, de dennſt doch bynnen Cloſters nach kop des haues Jho vnnd alle wege vann Jarhenn tho Jarhenn geboreth, vnnd vp genantenn hauenn vor XX marck vorſettet vnnd dat gelt vann dem Papenn vp erhauenn vnnd ein vorſchriuinge dar auer gegeuenn; auer dat dat doch nicht ſzynn was, we woll de Pape dat gelt vthgegeuenn, ſzo Is he doch nicht Inn de vpnhame der twiger marck dennſtgelt gekamenn, ſzunder Idt hebbenn de Junckfrouwenn we vor dat orhe geboreth, vnnd is de Pape vann denn vann dem kneſzebeck vmme de XX marck gebracht; alſz de Pape nichtes wedder tho bekamende wuſte, hefft he denn Breff bynnen Cloſters ſziner frundinnenn gegeuenn; wo nhu Ludeleff vann dem

kneſzebeck vorſtoruenn, hefft he einenn Szonn, Hans gehetenn, nachgelatenn, de ſich derhaluenn nicht ahngenhamenn; wo de och vorſtoruenn, do vnnd nicht ehr is deſſuluigenn Hanſzes Szonn Anno XXXVI, Achatz vann dem kneſzebeck genandt, vp denn Breff, de ohm ſzyn geſtoruenn grote vader denn Papenn denn dennſt vorſettet, dat nicht ſzynn geweſt, de Loſze gedhann, Idt hebbenn och de Junckfrouwenn, alſz des Papenn frunde, de XX marck wedderumme entfangenn vnnd Achatz ſzines grotenn vaders vntuchtige vnnd nicht krefftigenn Breff wedderum thogeſtelt; ſzo fort den Achatz bekamenn, hefft he ſich des dennſtes auer Jobenn hoff tho Dorhe ahnngemathet vnnd vorder denn Junckfrouwenn dat dennſtgelt tho geuende vorbadenn, vnnd de wile de kerle ohm nicht hefft denenn willenn, hefft he ohm gedrouwet tho gripende vnnd och denn Mann ethliche mall vp denn Hoff getaget vnnd nachgeilet, Inn meinung ohnn tho fangenn, dar dorch de Mann vororſzaket, he denn hoff tho vorlathenn, alſz ſulchs vann ohm gewertig ſzynn, darup Achatz ſich erbadenn, denn Hoff tho bethalenn vnnd denn Junckfrouwenn de pechte tho geuenn, willenn ſze ſulches nicht vann ohnn ahnnehmenn, do Is he tho gefarenn vnnd hefft ſich des gantzenn haues vndergenhamenn, de kerle daruann gebracht, welche egenn geweldiges vornhemendes vann Achatz vann dem kneſzebeck ahnn de hogenn Ouericheitt, denn Churfurſtenn tho Brandenborch etc., geklaget, dar vp ſynn C. f. g. der vnnd ander gebrekenn, ſzo dat Cloſter Diſtorpp vnnd de vann dem kneſzebeck Inn hopennynge heddenn, Commiſſzarienn de ſzake Inn vorhor vnnd bytholeggende, alſz denn Houetmann tho Soltwedell, Frantz vann Bartenſchleue zeliger, vnnd denn Praweſt vann der Arentze, Her Mattheus Fikkenn, gegeuenn. De wile auer Achatz vann dem kneſzebeck denn Acker geplogett, welches dem Praweſt keinerlei wis lidtlich edder nha tho geuende geweſt, och Inn nenem wege ſulches bedacht, Szo hefft ſich doch Fritze vann Schulenborch zeliger, der older, Ludeleff vann dem kneſzebeck tho Tylleſzenn zeliger, Leuin vann der Schulennborch vnnd Diderich vann Jagow dar Inne geſchlagenn, welche ſzo vele dorch ahnholt vnnd bitt erholdenn hebbenn, dat Chriſtoffer vann der Schulennborch, alſz der Praweſt tho Diſtorpp, denn Frundenn vmme orhe bedenn willenn tho gefallenn mit Achatz vann dem kneſzebeck beth vp denn tagk, denn de Comiſſzarienn der gebreke allenthaluenn ahnngeſettet, is fredtlich geweſt, doch vnſchedtlich ſziner gerechticheitt, vnnd dat Achatz vann dem kneſzebeck mit dem nichtes ahnn Jopenn haue berechtigenn edder ahnthenn ſcholde, de Praweſt wolde ſich Inn dem gar nichtes Ingerumet edder begeuen hebbenn, ſzunder vorbeholdenn aller poſſeſſionn vnnd gerechticheitt, wes menn des tho Rechte edder vther haluenn des rechtes vorthowendenn vormeinth, gentzlichenn vorbeholdenn hebbenn, wo dat denn wider Inn der vorhandelung, ſzo dar auer gemaket, vthdrucklichen geſchreuenn ſteitt. Nhu hebbenn de genantenn Commiſſarienn C. f. g. befelich nach denn gebrekenn, ſzo ſich twiſchenn dem Cloſter Diſtorpp ahnn einem vnnd denn vann dem kneſzebeck tho Langennapell ander deils erhaltenn, de Partenn allenthaluenn erringe, thoſprake vnnd Jegenrede gehorett, ferner flith dar Inne tho handelenn vorgewent, dewile ſze auer Inn der tidt der ſzake nicht entſcheidenn kondenn, hebbenn ſze de Commiſſarienn denn Partenn wider eynenn dagk, alſz vp denn Donnerdack nach Boniſatii des veertigeſten Jarhes tho Frorer dage tidt Idtlich part mit ſziner Frundtſchopp vnnd gruntlichenn bewiſz ſziner ſzakenn vorthobringenn vorſcheidett, wo dat denn der ahntals, ſzo derhaluenn vpgerichtet, dat ſich nener mit pandung vnnd ſunſt ethwes ahnnmaſſzenn ſcholde, dat tho geſzencke gerekent allenthaluenn wider vorludet. Nhu is nicht deſter weiniger Achatz vann dem kneſzebeck mit ſzinem vornhemenn vortgefarenn vnnd ſich des haues vann dagenn tho dagenn mher ahngenhamenn, Idt

hebbenn och de Commiſſarienn denn dagk tho beſzokennde affgeſchreuenn vnnd kortes darnha Is de Praweſt mit dem Churfurſtenn nach dem Rikesdaghe tho Regenſzborch geredenn, dat kneſzebeck, vpgenanthe, Inn ſzinem geweldigenn neenn vorhinderung geſcheenn, do he auer weddergekamenn, hefft he ahnroginge by denn Commiſſarienn gedhan, auer he hefft ſze nicht Inn denn handell bringenn konnenn, hebbenn alſzo mit herenn geſchefftenn alſz der Churfurſte nach dem Lant Vngerenn vnnd och forder ſunſt derwegenn affgelecht, de wile ſze denn vann dem handell allenthaluenn bewuſt, hefft menn nicht gerne andere Commiſſarienn forderenn willenn, vnnd is derhaluenn orhe handell, ſo dar auer henne geſchann, dat de beidenn Commiſſzarienn Inn Godt vorſtoruenn, dewile denn nhu de gantze Conuent vnd vorſzamlung des Cloſters Diſtorpp Breue vnnd Szegell auer de houe tho Dorhe, welcher dat Cloſter Diſtorpp vor twe hundert Jarhenn vorſchenenn denn vann Hitzker, welcher Innt Landt tho Luneborch gewanet, mit pechte, Rechte, denſt, hoges vnd ſides, aller gerechticheitt, wo des Breue vnnd Szegell dar auer wider ludennde ſynnt, affgekofft vnnd nicht denn vann dem kneſzebeck vnd och auer twe hundert Jarhenn gerowlich de pechte vnnd dennſt vnnd alles vnuorhindert gebruket vnnd geboret, wo dat olde Regiſternn negeſt Breue vnnd Segell vorder tho bewiſzende, wo denn thom dele ſtuck wiſz dar Inne vortekennt, wat vor Jungfrouwenn vann Jarhenn tho Jarhenn entfangenn, vnnd wol denn derhaluenn vorhapenn, wo anders Breff vnnd Szegell vnnd olde Regiſter dar auer twe hundert Jarhenn ludende vnnd de gerowlich poſſeſſionn de lange tidt geldenn ſcholde, dat alſz denn Achatz vann dem kneſebeck ſchuldich were, ſich des haues, wat he In ſich wedder alle befogede billicheitt vth egenner gewalt Ingeſettet, denn ſuluigenn wedderum aff tho tredenn vnnd dar negeſt de vpgehauenn Pechte, Dennſtgelt, koſt vnnd theringe wedderum tho geuende ſchuldich werdenn, he Jo neenn gerechticheitt darahnn krefftigenn kann, he wolde denn ſich vnderſthann mit dem Breue, dar ohm ſzynn grothe vader dat dennſtgelt Inne vorſettet, welchs he ſzyn dage dat ſulueſt nicht geboret edder here gewordenn, och neenn gerechticheitt darahnn gehatt hadde, denn nhu wedder geloſzett vnnd dat gelt, welcher ſzynn grothe vader mit vnfogenn vnnd beſchwerlicher wiſze vpgenhamenn, wo billig, wedder vthgeuenn dorch dat velichte Ichteswes tho bekrefftigenn vormeinet, welches egenn gewalt vnnd vorfenglich vnbillig handell doch tho rechte nicht byndenn konnenn edder mogenn, vnnd ſynnt by Ehrlychenn ludenn mher tho ſcheldenn, denn tho lauenn.

et ſervorum, qui huic actioni intererant, ſubſcribimus et notamus. Aderat vir nobilis Albertus de Arnſten, comes Henricus de Dannenberch, comes Conradus de Regenſtein, Fridericus de Care miles, Theodoricus de Oſterborch, Henricus de Stendale, Gocewinus miles, Albertus et Brunignus (ſic) fratres de Redekeſtorp, Hunoldus et Hinricus et Gregorius cappellani et alii quam plures. Datum in Arneborch, anno gracie M. CC. XXXIII., III. Idus Decembris.

Orig. in M. Ein (ſehr beſchädigtes) Sig. pedestre. — Bekm. 105.

IV. Die Markgrafen Johann und Otto ſchenken dem Kloſter Neuendorf 5 Hufen in Odixdorf*) und die Hälfte des Dorfs Selchow, am 13. Juli 1235.

In nomine ſancte et individue trinitatis. Johannes et Otto, dei gracia Marchiones Brandenburgenſes, omnibus in perpetuum. Univerſa negotia mandata litteris et vocibus teſtium ex utroque trahunt indiſſolubile firmamentum. Innoteſcat ergo tam preſentibus quam poſteris, quod nos divino ammoniti ſpiritu pro noſtris noſtrorumque parentum animabus quinque manſos in Odixdorpe et dimidietatem ville Selechowe cum paſcuis, paludibus, graminibus et lignis et cum omni jure libere donavimus eccleſie in Niendorpe perpetuo poſſidendam. Sed ne aliqua poſterorum noſtrorum calumnia hoc factum poſſit infirmare, teſtes adhibuimus, quorum nomina ſunt hec: Albertus de Arneſtein, Albertus Advocatus de Spandowe, Ghevehardus de Maldeſen, Gozwinus de Boizcenburch, Volcmarus et Rodolfus fratres de Rolſtede**), Ludolfus capellanus et Fredericus notarius curie, Johannes de Roſchowe, Bavarus camerarius, et preſentem paginam ſigillorum noſtrorum dignum duximus et congruum munimine roborandam. Acta ſunt hec in Gardeleghe, anno dominice incarnationis M. CC. XXXV., III. Idus Julii.

Orig. in M. 2 sigilla pedestria, am Rande beſchädigt. — Bekm. 106.

*) Bekmann hat in der Ueberſchrift Oberſtorf, das Original hat die äußere Aufſchrift (aus dem 13. Jahrhundert) de Selechowe et de Odixdorpe und (von c. 1400) Selchow, Odigstorp.

**) Rolstaede, das e iſt gleichzeitig, aber mit anderer Dinte, darüber geſetzt.

II. Graf Siegfried von Oſterburg ſchenkt dem Kloſter Neuendorf all ſein freies Eigenthum in Vethene, am 22. November 1233.

In nomine ſancte et individue trinitatis. Ego Comes Sifridus de Oſterburch ſalutem in Chriſto fidelibus univerſis. Cum leges et jura veterum inſtituta patrum quibuſdam corroborent (ſo, ſtatt corroborentur?) inſtrumentis, oportet ea temporis inſtantis nationibus (ſo, ſtatt rationibus?) innovari propter vitioſam quorundam modernorum conſuetudinem, que ſolet antiquorum privilegiis obviare. Innoteſcat igitur univerſitati fidelium, quod in honore dei genitricis Marie, predeceſſores mei in Vethene (ſic) quicquid libere poſſidebant, Nyendorp contuli miniſtris ejus jugiter poſſidendum. Vt ergo hec rata et inconvulſa permaneant, preſentem paginam ſigilli mei munimine roboravi. Datum in Oſterburch, anno incarnationis domini M°. CC°. XXXIII°., X. Kal. Decembris.

Orig. in M. Großes rundes Reiterſiegel, verletzt. — Bekm. 106.

Abgedruckt aus dem Originale mit Beſchreibung des Siegels in Gercken's Fragm. III, S. 9. und in dieſem Cod. I, Bd. 16. S. 316. aus Lenz, Brand. Urk. I, S. 32.

III. Markgraf Johann ſchenkt dem Kloſter Neuendorf das Dorf Neuendorf, am 11. Dezember 1233.

In nomine ſancte et individue trinitatis. Johannes, dei gracia Marchio Brandemburgenſis, tam futuris quam preſentibus ſalutem in eo, qui eſt vera ſalus. Cum, ſicut de ſacris audivimus eloquiis, ubi donorum creſcere denotatur multiplicitas, creſcat ibidem rationis tandem reddende difficultas, timendum et ſummopere precavendum eſt hiis, nobis ſcilicet, qui ampliora dona pre ceteris accepiſſe dinoſcimur, ne gravioribus cum reprobis donorum poſſeſſoribus puniamur. Oportet itaque de eorundem donorum talento a domino, qui peregrinus in celum habiit, nobis credito ita operari, ne cum tandem rationem de commiſſis poſiturus (poſciturus) revertitur, cum ſervis in negotiatione torpentibus judicemur. Animadvertentes ex premiſſis dies noſtros juxta prophetam ſicut umbram declinari, veſtre notum eſſe cupimus univerſitati, quod nos de conſenſu noſtri fratris marchionis Ottonis villam Nigenthorp, cujus ad nos ex antiquorum et patrum noſtrorum morte devoluta fuit proprietas, eccleſie memorate ville cum omni jure libertatis et proventus, molendinorum ſcilicet et paſcuorum lignorumque decrevimus conferendam. Audivimus etenim gratuitam ſanctimonialium ibidem deo famulantium famam, qualiter jugum domini die nocteque bajulent indefeſſum, Et ne ſervitus deo, ut ſperamus, tam gratuita auctoritate*) poſſeſſionis preterite per quempiam ſucceſſorum noſtrorum valeat immutari, locum memoratum autentico preſentium ſtabilimus. Et ut ſtabilitas hec firmior valeat perdurare, virorum nobilium nomina, militum ſcilicet

*) Der Schreiber hat auctori geſchrieben, von gleichzeitiger Hand iſt darüber geſetzt tate.

et ſervorum, qui huic actioni intererant, ſubſcribimus et notamus. Aderat vir nobilis Albertus de Arnſten, comes Henricus de Dannenberch, comes Conradus de Regenſtein, Fridericus de Care miles, Theodoricus de Oſterborch, Henricus de Stendale, Gocewinus miles, Albertus et Brunignus (ſic) fratres de Redekeſtorp, Hunoldus et Hinricus et Gregorius cappellani et alii quam plures. Datum in Arneborch, anno gracie M. CC. XXXIII., III. Idus Decembris.

Orig. in M. Ein (ſehr beſchädigtes) Sig. pedestre. — Bekm. 105.

IV. Die Markgrafen Johann und Otto ſchenken dem Kloſter Neuendorf 5 Hufen in Odixdorf*) und die Hälfte des Dorfs Selchow, am 13. Juli 1235.

In nomine ſancte et individue trinitatis. Johannes et Otto, dei gracia Marchiones Brandenburgenſes, omnibus in perpetuum. Univerſa negotia mandata litteris et vocibus teſtium ex utroque trahunt indiſſolubile firmamentum. Innoteſcat ergo tam preſentibus quam poſteris, quod nos divino ammoniti ſpiritu pro noſtris noſtrorumque parentum animabus quinque manſos in Odixdorpe et dimidietatem ville Selechowe cum paſcuis, paludibus, graminibus et lignis et cum omni jure libere donavimus eccleſie in Niendorpe perpetuo poſſidendam. Sed ne aliqua poſterorum noſtrorum calumnia hoc factum poſſit infirmare, teſtes adhibuimus, quorum nomina ſunt hec: Albertus de Arneſtein, Albertus Advocatus de Spandowe, Ghevehardus de Maldeſen, Gozwinus de Boizcenburch, Volcmarus et Rodolfus fratres de Rolſtede**), Ludolfus capellanus et Fredericus notarius curie, Johannes de Roſchowe, Bavarus camerarius, et preſentem paginam ſigillorum noſtrorum dignum duximus et congruum munimine roborandam. Acta ſunt hec in Gardeleghe, anno dominice incarnationis M. CC. XXXV., III. Idus Julii.

Orig. in M. 2 sigilla pedestria, am Rande beſchädigt. — Bekm. 106.

*) Bekmann hat in der Ueberſchrift Oberſtorf, das Original hat die äußere Aufſchrift (aus dem 13. Jahrhundert) de Selechowe et de Odixdorpe und (von c. 1400) Selchow, Odigstorp.

**) Rolstaede, das e iſt gleichzeitig, aber mit anderer Dinte, darüber geſetzt.

V. Die Markgrafen Johann und Otto verkaufen dem Kloſter Neuendorf das Dorf Pobelitz, im Jahre 1240.

Johannes et Otto, dei gratia marchiones Brandenburgenſes, univerſis Chriſti fidelibus tam preſentibus quam futuris ſalutem in domino. Quum eas, que per nos fiunt, ratas eſſe volumus actiones, in ſcriptis ad poſteros tranſmittimus, ne id oblivione dubium fiat vel irritum, quod provida deliberatio procuravit. Notum igitur eſſe volumus omnibus preſentem paginam inſpecturis, quod villam Pobeliz vendidimus eccleſie beate Marie in Nigendorpe pro L marcis, eidem eccleſie cum omni jure in perpetuum conferentes. Ne autem ſuper his cuiquam in poſterum generetur ambiguitas, ea, que dicta ſunt, ſigillorum noſtrorum duximus munimine roborari. Teſtes hujus ſunt comes Conradus de Rhegenſtein, W. de Soltwedele, Johannes Gans, H. de Angern, Gerardus de Kerchou, Fridericus de Kare, Hartmot de Breuiz, Wilkinus de Tornou. Acta ſunt hec anno gratie M. CC. XL.

(Orig. fehlt. — Auch Reichard hat dieſe Urkunde nicht.) Aus Gercken's Dipl. vet. M. II, S. 75 „ex copiario saec. XV." — Behm. 107.

VI. Papſt Innocenz IV. beſtätigt dem Kloſter Neuendorf ſeine Beſitzungen und ertheilt ihm mancherlei Vergünſtigungen, am 12. Juli 1246.

Innocentius epiſcopus, ſervus ſervorum dei, dilectis in Chriſto filiabus, abbatiſſe monaſterii S. Marie virginis in Niendorp ejuſque ſororibus tam preſentibus quam futuris regularem vitam profeſſis. Religioſam vitam eligentibus apoſtolicum convenit adeſſe preſidium, ne forte cujuſlibet temeritatis incurſus aut eas a propoſito revocet aut robur, quod abſit, ſacre religionis enervet. Eapropter, dilecte in Chriſto filie, veſtris juſtis poſtulationibus clementer annuimus et monaſterium S. Marie virginis in Niendorp Alberſtadenſis dioceſis, in quo divino eſtis obſequio mancipate, ſub beati Petri et noſtra protectione ſuſcipimus et preſentis ſcripti privilegio communimus. Inprimis ſiquidem ſtatuentes, ut ordo monaſticus, qui ſecundum domini (deum) et beati Benedicti regulam atque inſtitutionem Ciſtercienſium fratrum a uobis poſt concilium generale ſuſceptam in eodem monaſterio inſtitutus eſſe dinoſcitur, perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter obſervetur. Preterea quaſcunque poſſeſſiones, quecunque bona idem monaſterium in preſentiarum juſte ac canonice poſſidet aut (ac) in futurum conceſſione pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium ſeu aliis juſtis modis preſtante domino poterit adipiſci, firma vobis et eis, qui vobis ſucceſſerint, et illibata permaneant. In quibus hec propriis duximus exprimenda vocabulis. Locum ipſum, in quo prefatum monaſterium ſitum eſt, cum omnibus pertinenciis ſuis. Quinquaginta manſos terre in Niendorp cum molendino ejuſdem loci et omnibus pertinenciis ſuis. Quinquaginta manſos terre in Bobeliz (Bobelitz) cum pertinenciis eorundem. Quinque manſos terre in Hodiceſdorp (Hoddendorpp) cum pertinenciis ſuis. X manſos terre cum pertinenciis eorundem, quos habetis in territorio de Selechowe (Selchow). Annuum redditum XX ſolidorum Stendalienſium, quos habetis in villa

de Borghſtal (Borchſtall). II choros ſiliginis, quos annuatim percipitis in villa de Stenvelde (Stenfelde), et ſilvam, quam habetis in villa de Selechowe (Selchow) cum pratis et vineis, terris, nemoribus, uſuagiis et paſcuis in boſco et plano, in aquis et molendinis, in viis et ſemitis et omnibus aliis libertatibus et immunitatibus ſuis. Sane novalium veſtrorum, que propriis manibus aut ſumptibus colitis, de quibus aliquis hactenus non percepit, ſive de ortis, virgultis et piſcationibus veſtris ſeu de veſtrorum animalium nutrimentis nullus a vobis decimas exigere vel extorquere preſumat. Liceat quoque vobis perſonas liberas et abſolutas e ſeculo fugientes ad converſionem recipere ac eas abſque contradictione aliqua retinere. Prohibemus inſuper, ut nulli ſororum veſtrarum poſt factam in monaſterio veſtro profeſſionem fas ſit ſine abbatiſſe ſue licentia de eodem loco diſcedere, diſcedentem vero abſque communium litterarum veſtrarum cautione nullus audeat retinere, illud diſtrictius inhibentes, ne terras ſeu quodlibet beneficium monaſterio veſtro collatum liceat alicui perſonaliter dari ſive alio modo alienari abſque conſenſu totius capituli vel majoris aut ſanioris partis ipſius. Si que vero donationes aut alienaciones aliter quam dictum eſt facte fuerint, eas irritas eſſe cenſemus. Inſuper auctoritate apoſtolica inhibemus, ne ullus epiſcopus vel quelibet alia perſona ad ſinodos vel conventus forenſes vos ire vel judicio ſeculari de veſtra propria ſubſtantia vel poſſeſſionibus veſtris ſubjacere compellat, nec ad domos veſtras cauſa ordines celebrandi, cauſas tractandi vel aliquos conventus publicos convocandi venire preſumat. Nec regularem electionem abbatiſſe veſtre impediat aut de inſtituenda vel removenda ea, que pro tempore fuerit, contra ſtatuta Ciſtercienſis ordinis ſe aliquatenus intromittat. Pro conſecrationibus vero altarium vel eccleſiarum ſive pro oleo ſancto vel quolibet eccleſiaſtico ſacro nullus a vobis ſub obtentu conſuetudinis vel alio modo quicquam audeat extorquere, ſet hec omnia vobis gratis epiſcopus dioceſanus impendat. Alioquin liceat vobis, quemcunque volueritis catholicum adire antiſtitem gratiam et communionem apoſtolice ſedis habentem, qui noſtra fretus auctoritate vobis quod poſtulatur impendat. Quodſi ſedes dioceſani epiſcopi forte vacaverit, interim omnia ſacra eccleſiaſtica a vicinis epiſcopis accipere libere et abſque contradictione poſſitis, ſic tamen ut ex hoc in poſterum proprio epiſcopo nullum prejudicium generetur. Quia vero interdum proprii epiſcopi copiam non habetis, ſi quem epiſcopum romane ſedis, ut diximus, gratiam et communionem habentem et de quo plenam noticiam habeatis, per vos tranſire contigerit, ab eo benedictionem monialium, vaſorum et veſtium et conſecrationes altarium auctoritate apoſtolice ſedis recipere valeatis. Porro ſi epiſcopi vel alii eccleſiarum rectores in monaſterium veſtrum vel perſonas inibi conſtitutas ſuſpenſionis, excommunicationis vel interdicti ſententiam promulgaverint, ſive etiam in mercenarios veſtros pro eo, quod decimas, ſicut dictum eſt, non perſolvitis, ſive aliqua occaſione eorum, que ab apoſtolica benignitate vobis indulta ſunt, ſeu benefactores veſtros pro eo, quod aliqua vobis beneficia vel obſequia ex caritate preſtiterint vel ad laborandum adjuverint in illis diebus, in quibus vos laboratis et alii feriantur, eandem ſententiam protulerint, ipſam tanquam contra ſedis apoſtolice indulta prolatam decernimus irritandam. Nec littere ille firmitatem habeant, quas tacito nomine Ciſtercienſis ordinis et contra indulta apoſtolicorum privilegiorum conſtiterit impetrari. Preterea cum commune interdictum terre fuerit, liceat vobis nichilominus in veſtro monaſterio excluſis excommunicatis et interdictis divinis officiis intereſſe. Paci quoque et tranquillitati veſtre paterna in poſterum ſollicitudine providere volentes auctoritate apoſtolica prohibemus, ut infra clauſuras locorum ſeu grangiarum veſtrarum nullus rapinam vel furtum facere, ignem apponere, ſanguinem fundere, hominem temere capere vel interficere, ſeu violentiam audeat exercere. Preterea ejus libertates et immunitates a predeceſſoribus noſtris, Romanis pontificibus, ordini veſtro conceſſas necnon libertates et

exemptiones ſecularium exactionum a regibus et principibus vel aliis fidelibus rationabiliter vobis indultas auctoritate apoſtolica confirmamus et preſentis ſcripti privilegio communimus. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat prefatum monaſterium temere perturbare aut ejus poſſeſſiones auferre vel ablatas retinere, minuere ſeu quibuſlibet vexacionibus fatigare, ſed omnia integra conſerventur earum, pro quarum gubernacione ac ſuſtentacione conceſſa ſunt, uſibus omnimodis profutura ſalva ſedis apoſtolice auctoritate. Si qua igitur in futurum eccleſiaſtica ſeculariſve perſona hanc noſtre conſtitucionis paginam ſciens contra eam temere veniens temptaverit, ſecundo tertiove commonita niſi reatum ſuum congrua ſatiſfactione correxerit, poteſtatis honoriſque ſui careat dignitate reamque ſe divino judicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat et a ſacratiſſimo corpore ac ſanguine dei et Domini redemptoris noſtri Jeſu Chriſti aliena fiat atque in extremo examine diſtricte ſubjaceat ultioni. Cunctis autem eidem loco ſua jura ſervantibus ſit pax domini noſtri Jeſu Chriſti, quatenus et hic fructum bone actionis percipiant et apud diſtrictum judicem premia eterne pacis inveniant. Amen.

Ego Innocentius, catholice eccleſie epiſcopus ſ., Ego Petrus, tit. S. Marcelli preſbiter, Cardinalis ſ., Ego fr. Johannes, tit. S. Laurentii in Lucin. (?) preſbiter, Card. ſ., Ego fr. Hugo, tit. S. Sabine preſbiter, Card. ſ., Ego Otto (Odo), Portuenſis et S. Ruffinenſis epiſcopus ſ., Ego Petrus, Albanenſis epiſcopus ſ., Ego Wilhelmus, Sabinenſis epiſcopus ſ., Ego Egidius, SS. Coſme et Damiani diaconus, Card. ſ., Ego Octavianus, S. Marie in via lata diac., Card. ſ., Ego Petrus, S. Georgii ad velum aureum diac., Card. ſ., Ego Johannes, S. Nicolai in carcere Tulliano diac., Card. ſ., Ego Wilhelmus, S. Euſtachii diac., Card. ſ.

Datum Lugduni, per manum magiſtri Martini, S. Romane eccleſie vicecancellarii, IV. Idus Julii in die Leonis IV. (quarto ſtatt quarti?), incarnationis dominice anno M. CC. XLVI., pontificatus vero domini Innocentii pape IIII. anno quarto.

Das Original iſt im Provinzial-Archive zu Magdeburg nicht vorhanden, wohl aber eine Abſchrift des 13. oder 14. Jahrhunderts, an der das Siegel der Aebtiſſin des Kloſters hängt, wie an Urk. VII.; außerdem auch ein Transſumpt vom Jahre 1490, deſſen geringfügige Abweichungen hier in ( ) angegeben ſind. — Behm. 107.

VII. Das Kloſter Neuendorf giebt die Vetwener Mark den Bauern von Vollenſchier in Erbpacht, im Jahre 1251.

A., dei gratia abbatiſſa, et H., prepoſitus in Niendorp. Notum ſit omnibus preſentem literam inſpecturis, quod nos campum Vetwene*) civibus de Volenſchere ſub annua pacta quinque cororum, prout in litteris ſuper hoc conſcriptis continetur, conceſſimus excolendum, quos coros in omnem eventum nobis fide data in perpetuum in ſolidum perſolvere promiſerunt, preterquam ſi dictam villam (ſic) Volenſchere propter principis terre generale bellum penitus deſtrua-

*) In gleichzeitiger Aufſchrift de campo uetuene.

tur, ita quod nullus ibidem maneat agricultor, tunc dictam pactam ſolvere non tenentur, quouſque predicta villa colonis fuerit reformata. Conſenſimus etiam in hoc, quod ſi domini qui pactam de eadem villa recipiunt, propter reformationem ville in pacta, in parte vel in toto cultoribus gratiam fecerint ſpecialem, eadem in pacta nobis debita nomine campi Vetwene gratia pociantur. Vt autem hec que premiſſa ſunt, firma ſint et futuris temporibus indubitata, preſentem litteram ſcribi fecimus et tali (ſic) ſigillo roborari. Datum Gardelege, anno gratie M. CC. quinquageſimo primo.

Orig. in M. Ein rundes Siegel, ſitzende Aebtiſſin mit Buch in der linken. SI.....ISSE IN NIGENTHORP. — Beim. 104.

VIII. Gerhard von Wederde überläßt dem Kloſter Neuendorf 4 Hufen in Volcvelde, am 1. Oktober 1252.

Noverint univerſi tam futuri temporis quam preſentis, quod ego Gerardus, dictus de Wederde, ſaluti proprie conſulere cupiens et monaſterii in Niendorp prope Gardelege Ciſtercienſis ordinis intentare profectum, ad uſus ejuſdem monaſterii de omni jure, quod in quatuor manſis habui in villa Volcuelde ſitis, ceſſi. Ne vero ſuper eadem ceſſione in poſterum aliquis dubietatis ſcrupulus qui lites ſuſcitare valeat, oriatur, preſens ſcriptum ſigillo meo decrevi in ipſius teſtimonium conſignare. Datum Magdeburg, anno domini M. CC. L. II. Kal. Octobris.

Orig. in M. Rundes, ſehr beſchädigtes Siegel (Widder).

IX. Markgraf Otto vereignet dem Kloſter Neuendorf mehrere von Einzelnen zu ihren Memorien beſtimmte Lehnſtücke in Stats, Wardenberg, Köten, Gardelegen, Buchholz, Nipitz, am 10. April 1254.

In nomine ſancte et individue trinitatis. Otto, dei gratia Brandenburgenſis Marchio, Omnibus in perpetuum. Quoniam omnes morimur et non eſt priorum memoria nec eorum quidem qui futuri ſunt erit memoria apud illos qui in noviſſimo ſunt futuri, neceſſarium reputamus et exſtat utiliter adinventum, ut ea que fiunt in tempore quod defluit et pertranſit, ne cum pretereuntibus cum eodem pertranſeant et decurrant et ſic eorum memoria in oblivionis cinerem redigatur, ſcriptis autenticis aut teſtium vocibus confirmentur, per que res geſta ad notitiam deveniat futurorum, Sane abbatiſſa et collegium Chriſti ancillarum ſancte Marie in Niendorp Ordinis Ciſtercienſis nobis humiliter ſupplicarunt, ut bona quedam, que quidam fideles noſtri ipſis pro ſua

memoria facienda ac pro animarum ſuarum remedio compararunt, que quidam ex eiſdem noſtris fidelibus a nobis hactenus in pheodo tenuerunt, proprietatis titulo donare curaremus eiſdem, quarum petitionibus cum ad anime noſtre ſalutem cedere videantur et pium ſit deo deſervientibus ſubvenire, ne, cum in temporalibus ſuſtineant detrimentum, earum tepeſcat devotio et ipſis in divino obſequio faſtidium generetur. Notum facimus Chriſti fidelibus univerſis et preſentibus proteſtamur, quod nos propter amorem Dei pariter et honorem atque ob reverentiam predicte glorioſe ſemper virginis matris ejus nec non fidelium noſtrorum inſtantiam predicte abbatiſſe et collegii memorati precibus annuere cupientes ipſa bona, que hucuſque a nobis inpheodata fuerunt, eiſdem proprietatis titulo ſingulis annis percipienda perpetuo, contulimus animo liberali, dantes ipſis omne jus, quod nos aut heredes noſtri habuimus vel habere potuimus in eiſdem. Sunt autem hec bona villa Stazcits cum omnibus attinentiis ſuis, in villa Wardenberge duo chori ſiliginis pro memoria Walteri de Koningſmark quondam marſcalci noſtri, in villa Kotene duo talenta, que Albertus Valia comparavit, in teloneo Gardelege unum talentum, quod Bertoldus de Wodenſwege comparavit, in villa Bocholte decem ſolidi pro memoria Conradi de Stendale, in villa Nipitz unus chorus ſiliginis quem comparavit Philippus de Stockem. Vt autem hec noſtra collatio ſive donatio omnibus eluceſcat et ne cuiquam in poſterum dubium oriatur neque a quoquam heredum aut ſucceſſorum noſtrorum valeat immutari, preſentem paginam conſcribi fecimus et ſigilli noſtri munimine conſignari. Hujus autem rei teſtes ſunt Theodericus plebanus de Gardelege, Henricus, dictus de Rogats, ejuſdem collegii tunc prepoſitus, Henricus canonicus Stendalenſis, curie noſtre notarius, clerici. Johannes de Roſſow, Johannes de Woztrow, Ericus et Wernerus fratres, dicti de Gardelege, Philippus de Stockem, milites, et alii quam plures. Datum Gardelege, anno gratie M. CC. LIIII., in die paraceves, indictione XIIa.

Orig. in M. Ein Sig. ped. — Bekm. 110. fehlerhaft.

X. Die Markgrafen Johann und Otto beſtätigen eine Schenkung des Ritters Gerhard von Kerkow an das Kloſter Neuendorf (1 Talent Denare in Dolle), am 22. April 1258.

Johannes et Otto, dei gratia Brandenburgenſes marchiones, Omnibus in perpetuum. Ut quod rite agitur, juſte ad poſteros referatur, Chriſti fidelibus univerſis tam preſentibus quam futuris volumus notum eſſe, quod fidelis noſter dilectus Gerhardus, dictus de Kirkowe, miles, in noſtra conſtitutus preſentia recognovit, ſe ecclefie Sancte Marie virginis de Niendorp talentum denariorum in oppido noſtro Dolle in cenſu arearum ſitum pro ſuorum abſolutione peccaminum ſimpliciter contuliſſe. Quam ſiquidem collationem ejuſdem fidelis noſtri moti precibus gratam ac ratam habentes ipſam dicte eccleſie pietatis intuitu confirmamus, tradentes ecclefie memorate in teſtimonium confirmationis predictorum preſentes literas ſigillorum noſtrorum munimine roboratas, adhibitis teſtibus idoneis, quorum nomina ſunt hec: Heinricus de Bardeleve, Ericus de Gardelege, Thidericus de Bercholt, dominus Albertus Stendalienſis prepo-

ſitus et Heidenricus curie noſtre cappellani. Actum Dolle, anno domini M. CC. LVIII., X. Kal. Maji.

Orig. in M. Beide Siegel ſind verloren. — Bekm. 112. — Gercken, Diplomataria II, S. 76.

XI. Die Markgrafen Johann, Otto und Konrad verkaufen dem Kloſter Neuendorf das Dorf Cheine, am 25. März 1270.

In nomine ſancte et individue trinitatis. Amen. Nos Johannes, Otto et Conradus, dei gratia marchiones Brandenburgenſes, — — cenobio ſanctimonialium in Niendorp villam noſtram Cheine vendidimus et libere dimiſimus pro triginta marcis Stendalienſis argenti cum omnibus attinentiis ejuſdem ville, cum pratis et paſcuis et lignis viis et inviis et cum omni jure, quod habere videbatur (pro videbamur) in eadem hucuſque, proprietatis titulo perpetuo poſſidendam. Teſtes hujus rei ſunt dominus Hermannus de Gardelege et dominus Buſſo de Kocſtede, dominus Heino de Woldenhagen, dominus Philippus de Stockem, dominus Wernerus de Ammenſleve et filius ſuus Ghero et plurimi alii milites, probi et honeſti, famuli fide digni. Ne igitur etc. — — hanc noſtram litteram cenobio prefato conſcribi juſſimus ſigillorum noſtrorum appenſionibus roboratam. Data ſunt hec et acta in civitate Stendal, anno domini M. CC. LXX. octavo Kalendas Aprilis in annunciatione beate virginis Marie, per manum Aluardi, tunc curie capellani.

Orig. in M. Ein Sig. ped. des Markgrafen Johann, die zwei andern Siegel ſind verloren gegangen. — Bekm. 112.

XII. Die Markgrafen Johann, Otto und Konrad vereignen dem Kloſter Neuendorf 7 Hufen in Groß-Schwechten und beſtätigen alle früheren Schenkungen an das Kloſter, am 29. Januar 1278.

In nomine ſancte et individue trinitatis. Amen. Johannes, Otto et Conradus, dei gracia marchiones Brandeburgenſes. Vniverſis hanc paginam inſpecturis in perpetuum. Ne ea que coram nobis aguntur, ſucceſſus temporum aut oblivio rerum abolere valeat, conſuevimus ipſa litterarum teſtimonio eternare. Hinc eſt, quod conſtare volumus tam preſentibus quam futuris, quod nos ducti pia intentione et affectu ob ſalutem et remedium animarum noſtrarum nec non progenitorum noſtrorum clauſtro ſanctimonialium in Nyendorp Ciſtercienſis ordinis proprietatem ſeptem manſorum ſitorum in magno Suecten (Swechten), quos videlicet manſos Johannes, Arnoldus et Antonius filii quondam Antonii, burgenſes Stendalienſes, a nobis tenuerunt

tytulo pheodali cum omni jure, quod dinoſcebamur habere in eiſdem, perhenniter dignum duximus conferendam. Preterea univerſa bona, que noſtri progenitores contulerunt clauſtro premiſſo, confirmamus preſenti teſtimonio litterarum. Sunt autem hec. Villa Nyendorp in qua clauſtrum ſitum eſt cum omni jure libertatis et proventibus molendinorum paſcuorum lignorumque. Villa Poblicz cum omni jure. In Odigſtorp (Hodigſtorp) ſeptem manſos et medietatem ville Selegow cum deſerto Slavico, cum paſcuis paludibus graminibus et lignis. In Dollis unum talentum in cenſu arearum ſito*). Villa Statyzt (Stacyſt) cum omnibus attinenciis ſuis. In Wardenberg duos choros ſiliginis. In Kotene duo talenta. In theloneo Gardelege unum talentum, ibidem in cenſu unum talentum. In Bocholte decem ſolidos. In Nypyz unum chorum ſiliginis. In villa Vetne novem manſos cum omni jure. In Volcuelde tres choros ſiliginis. In Norſtede decem et octo modios ſiliginis. In Steinvelde (Stenvelde) duos choros ſiliginis. In Greueniz tres manſos ſolventes tres choros ſiliginis et totidem ordei cum minutis et ſuis attinenciis. In Ketſik (Ketcyk) duos choros ſiliginis. In Sadenbeke III manſos cum omni jure. Proprietatem ville Borevyz (Borekyz). Ibidem XXXta modios ſiliginis cum molendino adjacente cum paludibus et paſcuis. In Bertinge (Berting) unum manſum. In Ellerſele (Ogelerſak) unum chorum ſiliginis. In Chete XIIII modios farine in molendino. In Querſtede decimam XVI manſorum cum minutis tocius ville. Item duorum chororum proprietatem VI modiis minus, quos dominus Hermannus de Gardelege ob ſalutem ſuorum parentum clauſtro prehabito eſt largitus. Item III choros ſiliginis, quos Olricus de Ronſtede dedit clauſtro ſepius memorato. Ut autem noſtra donatio et confirmatio premiſſorum tam a nobis quam a noſtris ſucceſſoribus inviolabiliter et perhenniter obſervetur, preſentem paginam inde confectam ſigillorum noſtrorum appenſionibus juſſimus communiri, adhibitis nichilominus teſtibus ydoneis, quorum nomina ſunt hec: Johannes de Bvc, Johannes et Gerardus de Kerkow (Kercow), Hermannus de Gardelege, Rodolfus de Ronſtede, Wernerus de Ammenſleve, Philippus de Stockem, milites, et quam plures alii fide digni. Acta ſunt hec in Stendal, anno dominice incarnationis M. CC. LXXVIII., IIII. kal. Februarii. Datum per manum domini Johannis de Bruneſwich, noſtre curie notarii.

Von anderer Hand darunter geſchrieben:

XVIII modios ſiliginis in Miſzelwerde.

Von dieſer Urkunde iſt ein ſchön geſchriebenes, aber unbeſiegeltes Exemplar vorhanden, deſſen Hand gleichzeitig, jedoch von der in Urkunde XIV., die derſelbe Notar ausgefertigt hat, verſchieden iſt. Reichard hat von dieſer unbeſiegelten Urkunde eine Abſchrift, aber außerdem noch eine Abſchrift von einer ganz gleichlautenden Urkunde, von der er ſagt, daß noch alle drei Siegel daran hingen. Dies Original fehlt jetzt; aus ihm ſcheint aber auch der Abdruck bei Bekmann gefloſſen zu ſein. Die Abweichungen der Reichard'ſchen Abſchrift dieſes Originals in den Eigennamen ſind hier in ( ) beigefügt. Wahrſcheinlich wünſchte das Kloſter von dieſem wichtigen Documente, in dem manche Beſitzungen erwähnt werden, über welche die Erwerb-Briefe verloren gegangen oder mit dem Beſitze in andere Hände gegeben ſind, ein Duplicat, ohne die Anhängung der Siegel zu erreichen. — Bekm. 113.

*) So in beiden Exemplaren für situm.

XIII. Die Markgrafen Johann, Otto und Konrad ſchenken dem Kloſter Neuendorf das Eigenthum einer Hufe in Swechten, die es von Bruno erkauft hat, am 29. April 1278.

In nomine ſancte et individue trinitatis. Amen. Johannes, Otto et Conradus, dei gratia marchiones Brandeburgenſes, ad quos preſens ſcriptum pervenerit, ſalutem in eo qui eſt omnium vera ſalus. Cum ea que pro eternali ſalute aguntur acquirenda, perpetuali deceat locari munimine, nos idcirco ſalubri moti conſilio ac prudentia diſponendo*), notum eſſe cupimus vniverſis, quod ſanctimonialibus cenobii Niendorpe ordinis Ciſtercienſis diocefis Halverſtadenſis, unius manſi proprietatem donavimus libere ac devote, quem videlicet Bruno in Swechten villa pro liberatione ſua, cum captus eſſet, eiſdem vendiderat, cum mera noſtra et omnimoda voluntate, ut per eam donationem creſcat nobis meritum eternale. Huius rei teſtes ſunt Theodericus de Wuzterbuſch, Johannes de Stegeliz, Haſſo de Wedele, Rodolfus de Ronſtede, Arnoldus de Volmezſchere (ſic), Hermannus de Gardelege, tunc temporis advocatus, et alii quam plures viri nobiles fide digni. Ad cujus evidentiam preſentem paginam predictis ſanctimonialibus conſcribi fecimus ſigillorum noſtrorum munimine roboratam, ne in poſterum a noſtris ſucceſſoribus irritetur. Actum Gardelege, anno domini M. CC. LXX. VIII., III. Kal. Maji. Datum per manum domini Meynardi, noſtre curie capellani.

Orig. in M. 3 Siegel, Markgraf Johann's in der Mitte. — Gerden, Diplom. II, 79.

*) disponenda verwandelt in disponendo.

XIV. Die Markgrafen Johann, Otto und Konrad räumen dem Kloſter Neuendorf das Wenden-Dorf Sinow zum Eigenthum ein, am 26. April 1279.

Johannes, Otto et Conradus, dei gratia marchiones Brandenburgenſes, Omnibus hanc paginam inſpecturis et audituris in perpetuum. Ne ea que coram nobis aguntur, aut oblivio rerum aut fluxus temporis ſurripiat, duximus ipſa litterarum teſtimonio eternanda. Hinc eſt quod conſtare volumus tam preſentibus quam futuris, quod ſlavicalem villam Sinow ſitam juxta Gardelege clauſtro ſanctimonialium in Niendorp Ciſtercienſis ordinis cum omni jure, advocatia, precaria, lignis, paſcuis, viis et inviis, metis et dimenſionibus et univerſis pertinentiis conceſſimus proprietatis titulo perhenniter poſſidendam. Vt autem hec noſtra donatio tam a nobis quam a noſtris ſucceſſoribus perhenniter et inviolabiliter conſervetur, preſens ſcriptum inde confectum dari fecimus ſigillorum noſtrorum appenſionibus inſignitum, adhibitis nihilominus teſtibus ydoneis quorum nomina ſunt hec. Johannes de Buc, Johannes de Irckeſleve, Fredericus de Ecſtedhe, Johannes de Stegelyz, Bernardus de Wardenberch, Conradus de Redere et Buſſo de Redere, fratres, Ludolfus de Griben, milites, et quam plures alii fide digni. Actum et

datum Stendal, per manum domini Johannis de Bruneſwic, anno domini M. CC. LXXVIIII., VI. Kal. Maji.

Orig. in M. 8 Siegel an rothen Seidenfäden, vom erſten nur noch ein Bruchſtück, die andern jetzt ohne Randſchrift. — Bekm. 115. — Gercken, Diplom. II, 81.

XV. Die Markgrafen Johann, Otto und Konrad ſchenken dem Kloſter Neuendorf das Eigenthum von 3 Hufen in Ketzyk, am 1. Mai 1281.

Nos Johannes, Otto et Conradus, dei gratia marchiones Brandenburgenſes, proteſtamur et preſentibus publice profitemur, quod tres manſos ſitos in villa Ketzyk, quos a nobis in pheodo tenuerat fidelis noſter miles Beteko de Wodenſwege, cum omni jure ſicut idem predictos manſos a nobis tenuit, contulimus clauſtro ſanctimonialium in Nyendorp proprietatis titulo perpetuo poſſidendos. In cujus rei evidens teſtimonium et cautelam preſens ſcriptum inde confectum fieri juſſimus et ſigillorum noſtrorum appenſionibus juſſimus communiri. Actum et datum Wolmerſtede, anno domini M. CC. LXXXI., Kal. Maji, per manum domini Johannis, prepoſiti in Granczoyge.

Orig. in M. Nur 1 Siegel (verſtümmelt) hat daran gehangen. — Bekm. 115. — Gercken, Dipl. II, 82.

XVI. Die Markgrafen Otto und Konrad vereignen dem Kloſter Neuendorf das von Ritter Rudolf von Ronſtede reſignirte Dorf Lüffingen zum Wohnort und Aufbau eines Kloſters, am 6. Februar 1284.

In nomine ſancte et individue trinitatis. Amen. Otto et Conradus, dei gracia marchiones Brandenburgenſes. Vniverſis has litteras audituris ſalutem in omnium ſalvatore. Cum tempus mobile ſit et omne mobile corruptibile, nichil ſub ſole eſt quod perpetuo ſtare poſſit. Conſvevit ergo veterum auctoritas et diſcretio, ea que geruntur in tempore, ne ſimul labantur cum tempore, poni in linguas teſtium ac litterarum teſtimoniis eternare (ſo, ſtatt eternari?). Noverint igitur tam preſentis quam futuri temporis univerſi quod nos religioſis dominabus ſanctimonialibus clauſtri Niendorp villam Luffinge ad inhabitandum et clauſtrum ibidem conſtruendum et proprietatem ejuſdem cum univerſis ſuis attinentiis, cum paſcuis, pratis, paludibus atque ſilvis, cum molendinis adjacentibus donavimus perpetuis temporibus libere poſſidendam: ita ut ipſam villam dominus Rudolfus de Ronſtede a nobis tenens eandem integram reſignavit, ſic ipſam villam cum omni jure, cum proprietate, clauſtro ſive dominabus donavimus memoratis, quod nichil juris

ſive in advocatia ſive in precaria, molendinis, metis ſive dimenſionibus ſeu proprietate in dicta villa nobis de cetero poterimus vendicare, ſed hec villa et proprietas ejuſdem ad dictas dominas perpetuo pertinebit. Vt igitur hec noſtra donatio a noſtris fratribus ſeu ſucceſſoribus noſtris quibuſlibet in poſterum nullatenus valeat irritari, preſentem cedulam conſcribi juſſimus et ſigillorum noſtrorum apicibus communiri. Teſtes hujus rei ſunt Burgardus et Johannes de Irckeſſleve, Theodericus de Oſterburch, Conradus de Snetlinge, Ludolfus et Rudolfus de Ronſtede, Johannes de Roſſow, milites, Arnoldus de Roſſow, famulus, et alii plurimi fide digni. Actum et datum in Tangermunde, anno domini M. CC. LXXXIIII., VIII. Idus Februarii.

Orig. in M. Beide Siegel verloren. — Bekm. 115.

XVII. Die Markgrafen Otto und Konrad vereignen das von Ritter Ludolf (Ludeko) von Ronſtede reſignirte Dorf Querſtedt dem Kloſter Neuendorf, am 2. Dezember 1287.

In nomine domini Amen. Otto et Conradus, dei gracia marchiones Brandeburgenſes, Omnibus hanc litteram cernentibus noticiam ſubſcriptorum in perpetuum. Decet excellentiam noſtram ſanctimonialibus in dominii noſtri terra degentibus opem gerere et earum inopie ſubvenire et ſuccurrere auxiliis ac preſidiis oportunis. Ea propter tam preſentis quam futuri temporis ad noticiam univerſis Chriſti fidelibus deducimus per preſentes, quod nos ſanctimonialibus in Niendorp et cenobio earundem ville Quernſtede proprietatem donavimus quam nobis dominus Ludeko de Ronſtede multis preſentibus reſignavit, cum pratis, paſcuis, paludibus et filivis, cum univerſis ſuis diſtinctionibus et cum omnibus ſuis attinentiis, ita ut dictum deinde cenobium ipſam villam cum omni juris integritate perpetuo quiete ac pacifice poſſideat, cum ipſius ville proprietate ſpecialiter et cum omnibus ſuis attinentiis utpote predictus dominus Ludolfus a nobis ipſam villam poſſedit et habuit in hunc diem, abrenunciantes ſimpliciter omni juri, quod actenus in villa habuimus memorata, nec quippiam juris ſeu proprietatis nobis aut heredibus noſtris vendicabimus in eadem. Ad hujus rei evidentiam ſigillari juſſimus preſens ſcriptum. Teſtes hujus rei ſunt dominus Conradus de Redere, dominus Hinricus de Wardenberge, dominus Buſſo et Buſſo de Irkeſſleve dicti, dominus Johannes de Oldenwlet, dominus Pincerna, dominus Johannes de Nowen, milites, dominus Adam, prepoſitus de Stendal, et Johannes, prepoſitus de Gardelege, et alii plurimi fide digni. Acta ſunt hec Magdeburg, anno domini M. CC. LXXXVII. dataque per manum domini Alwardi, prepoſiti Reppinenſis, curie noſtre notarii, in craſtino dominice qua cantatur populus Syon.

Orig. in M. 2 beſchädigte Siegel. Bekm. 116.

XVIII. Die Markgrafen Otto und Konrad ſchenken dem Kloſter Neuendorf das Dorf Wendiſch-Jevenitz, am 29. Auguſt 1291.

In nomine domini Amen. Otto et Conradus, marchiones de Brandeburg et de Landeſberg, Omnibus hanc litteram intuentibus in perpetuum. Decet excellentiam noſtram ſanctimonialium in dominii noſtri terra degentium dominoque famulantium curam gerere et earum inopie ſuccurrere opportunis auxiliis, ut temporalibus adjute ſufficienter preſidiis fiducialius et fortius valeant inherere laudibus conditoris. Noſſe igitur preſentes volumus ſcripto preſenti poſteros nec latere, quod cenobio ſanctimonialium in Nigendorp et conventui ordinis Ciſtercienſis ob reverentiam dei et ſue matris virginis glorioſe donavimus Slavicalem Jevenitze (R. Greueniz) cum univerſis ipſius ville attinentiis quorunque cenſeantur nomine cum omni juris integritate et proprietatem ville ejuſdem proprietatis tytulo perpetuis temporibus quiete et pacifice poſſidendas, renunciantes univerſo juri et proprietati quam nos et heredes noſtri nobis potuimus vendicare in villa et proprietate memoratis. Ut igitur hec noſtra donatio multis bonis et probis viris preſentibus rite facta futuris temporibus calumpniari nequeat vel etiam irritari, preſentes litteras deſuper editas conſcribi juſſimus et ſigillorum noſtrorum appenſionibus decrevimus communiri. Teſtes hujus rei ſunt fideles noſtri dominus Bartolomeus de Libenhaw, Conradus de Redere, Henricus de Wardenberg, Albertus de Clepzk (B. Clepſh), Gerardus de Worthow (fehlt bei R.) et dominus Bartoldus pincerna, tunc Gardelege advocatus, et alii plures fide digni. Acta ſunt hec in Tzapaw (B. Trapalde)*), anno domini M. CC. LXXXX primo, IIII. Kal. Septembris et data per manum domini Alwardi, prepoſiti Reppinenſis, curie noſtre notarii et capellani.

(Das Original fehlt.) Nach Beckmann S. 118. und einer Abſchrift von Reichard. Die unrichtig ſcheinende Leſung B's oder R's iſt in ( ) beigefügt.

*) Im Original ſtand vielleicht Tzapawe (= Schapow bei Prenzlau?).

XIX. Die Markgrafen Otto und Konrad verkaufen dem Kloſter Neuendorf 90 Morgen bei Stats, im Jahre 1291.

Omnibus in perpetuum. Otto et Conradus, dei gratia marchiones Brandeburgenſes, omnibus Chriſti fidelibus Salutem in omnium ſalvatore. Recognoſcimus coram omnibus preſentibus litteris puplice (ſic) proteſtantes, quod cenobio ſanctimonialium in Niendorp vendidimus nonaginta jugera ſita citra villam Staz in Indagine pro viginti talentis denariorum Brandeburgenſium, donantes eiſdem ſanctimonialibus prefata jugera et proprietatem eorundem, cum omni juris integritate et valitate quiete et pacifice perpetuis temporibus poſſidenda, ita quod nullus advocatorum noſtrorum bodellorum ſive officialium noſtrorum prefatum cenobium et ſanctimoniales inibi domino famulantes in prefatis bonis ſive jugeribus et earum (ſo) valitatibus debeat ullis temporibus

impedire. Ad hujus rei evidentiam pleniorem preſentes litteras conſcribi juſſimus et ſigillorum noſtrorum appenſionibus communiri. Teſtes hujus rei ſunt fideles noſtri dominus Hinricus de Wardenberg, dapifer noſter, dominus Conradus de Redere, dominus Bartoldus pincerna, advocatus Stendalienſis, dominus Geldeco et alii plures fide digni. Acta ſunt hec Magdeburg, anno domini M. CC. LXXXXI. et data per manum domini Alwardi, curie noſtre notarii et prepoſiti Ruppinenſis.

Orig. in M. Ein Sig. pedestre mit abgebrochener Umſchrift; ein zweites hat nie daran gehangen. — Bekm. 112.

XX. Die Markgrafen Otto, Konrad und Johann ſchenken dem Kloſter Neuendorf bisherige Beſitzungen des Ritters Henning von Buzt in Schwieſau und Bukau, am 12. Mai 1301.

Nos Otto, Conradus, Johannes, dei gratia marchiones de Brandeborch et de Landeſberch, tenore preſencium recognoſcimus publice proteſtantes, quod omnia bona cum omnibus attinentiis ſita in Zuiſowe, que pertinebant domino Hennigo militi, dicto de Buzt, ſimiliter bona in Buzkowe cum omnibus attinentiis ad prelibatum militem quondam ſpectantibus propter dei intuitum gratanter, inſuper proprietatem dictorum bonorum clauſtro et collegio ſanctimonialium in Nigendorp dedimus ac appropriavimus cum omni jure, ſicut idem miles prius poſſederat, predicto clauſtro Nigendorp perpetuo libere poſſidendum. Hujus rei teſtes ſunt dominus Johannes miles, dictus de Blankenborch, dominus Renzeko, dictus de Guzec, et Bartoldus pincerna. In cujus rei ſignum preſentem litteram dicto clauſtro contulimus pro confirmatione prehabitorum ſigillo preſenti videlicet et marchionis premiſſi contenti eodem utrobique firmiter conſignatam. Datum Templin, anno domini MCCCI. in craſtino aſcenſionis domini.

Orig. in M. Nur 1 Siegel mit verlorner Umſchrift; mehr haben nie daran gehangen. — Bekm. 117.

XXI. Die Markgrafen Otto und Konrad vereignen dem Kloſter Neuendorf (für 1 Talent in Gardelegen) die Hebung von 1 Chorus Roggen in Algenſtedt, am 2. Auguſt 1303.

Nos Otto et Conradus, dei gracia Brandeburgenſes et de Landeſberch marchiones, preſentibus recognoſcimus evidentius profitentes, quod cum pleno conſenſu et cum bona voluntate noſtrorum coheredum pro redditibus unius talenti quod habuerunt in Gardeleghe, dedimus proprietatem reddituum unius chori ſiliginis in uilla Alincſtede apud Gardeleghe ſanctimonialibus in Nyendorp perpetuis temporibus feliciter poſſidendam. Ut autem hec predicta proprietatis noſtra donatio perpetua perſeveret — — — preſentem paginam etc. — — — Teſtes

hujus ſunt Conradus Raven, curie tunc temporis noſtre dapifer, et Otto de Holtſatendorp, marſchalcus noſter, Conradus de Wegeloue, Geroldus de Peccatele, Egbertus Romele, milites noſtri, Fredericus de Grunowe, Henricus Miſnerus, Henningus de Tornaue, famuli, et quamplures alii fide digni. Datum Ratenowe, anno domini M. CCC. tertio, in craſtino vinculorum Petri, per manus domini Johannis de Wulueſhagen, dilecte noſtre conjugis, noſtri (ſo) Ottonis marchionis, capellani.

Orig. in M. Siegel verloren. — Behm. 118.

XXII. Ritter Werner und Ritter Siegfried von der Schulenburg verkaufen dem Kloſter Neuendorf (22 Sol.) Einkünfte in Bucow und Dreveſt, am 18. Januar 1304.

Recognoſcimus tenore preſentium puplice (ſo) proteſtantes, quod nos W. et Sif. milites de Sculenburg ac mei ſcilicet Werneri filii, Thi. B. et W. ad uſus clauſtri Nigendorp XXII ſol. gravium denariorum, X ſol. ſitos in bucow et XXII ſol. in campo ac in paſcua que dicitur dreueſt, vendimus*) (ſo), et ne dubium oriatur preſens ſcriptum communiri facimus in teſtimonium veritatis. Datum Saltwedele, anno domini M. CCC. IIII. in die Priſce virginis.

Orig. in M. Das einzige Siegel, welches daran gehangen hat, iſt verloren gegangen.

*) vendimus iſt dem Namen dreuest übergeſchr eben, aber mit derſelben Hand und Dinte.

XXIII. Markgraf Woldemar ſchenkt dem Kloſter Neuendorf das Eigenthum über das Dorf Wynkelſtede, am 31. Juli 1311.

— Nos Woldemarus, dei gracia Brandenburgenſis, Luſacie et de Landſberg Marchio, — — ſanctimonialibus in Nygendorp et cenobio earundem ville in Wynkelſtede proprietatem donavimus quam nobis Johannes et Henricus germani, dicti balch, multis preſentibus reſignarunt, cum pratis, paſcuis, paludibus et ſilvis, cum vniverſis ſuis diſtinctionibus et cum omnibus ſuis attinenciis, ita ut dictum cenobium ipſam villam cum omni juris integritate perpetuo quiete ac pacifice poſſideat cum ipſius ville proprietate ſpecialiter et cum omnibus ſuis attinentiis, vtpote predicti germani a nobis ipſam villam poſſederunt, habuerunt in hunc diem, Abrenunciantes ſimpliciter omni juri quod hactenus in villa habuimus memorata nec quiſpiam (quidpiam?) juris ſeu proprietatis nobis aut heredibus ſeu ſucceſſoribus noſtris vendicabimus in eodem. Ad hujus rei euidentiam ſigillari juſſimus noſtri ſigilli munimine preſens ſcriptum. Teſtes hujus rei et contractus

ſunt dominus Hinricus et frater ſuus dominus Fredericus dicti de Arrichſleuen, dominus Nicolaus et dominus Bernhardus germani dicti de buch, dominus Dreſekinus, dominus Johannes de Santerſleue et Theodericus, frater ſuus, et plures alii fide digni. Datum et actum Tangermunde, anno domini M. CCC. vndecimo, pridie Kalend. Auguſti.

Nach einer im Königl. Hannoverſchen Landes-Archive befindlichen alten Copie.

XXIV. Markgraf Woldemar vereignet dem Kloſter Neuendorf 3 Hufen des vormaligen Dorfes Pinnow bei Oſterburg, am 1. Juli 1312.

In nomine domini. Amen. — — — Noverint — univerſi quibus exhiberi continget preſens ſcriptum, quod principaliter propter deum et precaminum*) honeſte matrone vidue quondam domini Hermanni de Gardelegh interventum devotum nos Woldemarus, Brandenburgenſis, Luſatie et de Landſberg marchio, dedimus et per preſentes donatione libera largimur ſanctimonialibus monaſterii Nygendorp proprietatem veram trium manſorum, qui de civitate Oſterborch nunc excoluntur et aliquando ville Pinnow adjacebant: renunciantes omni juri, quod nobis in dicta proprietate competebat, dantes ipſis ſacratis virginibus poſſeſſionem ipſius legitimam ab ipſis nunquam per nos vel heredes noſtros vel ſucceſſores ammodo vendicandam. Ne autem hujuſmodi factum rite et devotione congrua celebratum in irritum a perverſis trahatur, preſentes litteras noſtri ſigilli impreſſione dari juſſimus ſigillatas. Teſtes hujus ſunt domini Nicolaus de Buk, Droyſeko, milites noſtri fideles, Slotheko, Hermannus de Luchow, capellani, cum pluribus aliis fide dignis. Actum et datum Jerchowe, anno domini milleſimo trecenteſimo duodecimo, octava beati Johannis Baptiſte.

Orig. in M. Siegel verſtümmelt. — Bekm. 119. — Gercken, Dipl. II, S. 83.

*) Bekm. irrthümlich peccaminum.

XXV. Bertradis von Eynbeck ſtiftet eine wöchentliche Eier-Spende für die Nonnen im Kloſter Neuendorf, am 4. Januar 1316.

Ne ea etc. — — — Hinc eſt quod ego Bertradis de Eynbeke Recognoſco et proteſtor manifeſto, Quod ob amorem dei omnipotentis et pro ſalute anime mee donavi et dedi religioſis dominabus Sanctimonialibus in Nigendorpe Decem marcas Stendalgenſis argenti pro una marca argenti ejuſdem ſita in uilla Gheveniz ſingulis annis donanda. Que marca debet permutari pro denariis condignis et miniſtrari dominabus ad clauſtrum ad comparandum ova ipſis ſingulis

ſecundis feriis per circulum anni miniſtranda, quandocunque lacticinia non ſunt devitanda. Et propter hec in prebendis earum nullum pati debent detrimentum. Inſuper ob devocionem et amorem quam (ſic) ad predictas Sanctimoniales gero et habeo, diem et obitus mei et anniverſarium meum ſingulis annis peragere promiſerunt. Teſtes huius donationis ſunt dominus Albertus de Aluenſleue, miles, et Gheuehardus de Aluenſleue, famulus, qui predicta placitauerunt et placitis interfuerunt et quorum ſigilla preſentibus ſunt appenſa. Datum anno domini M. CCC. XVI. in die octava Sanctorum Innocentium.

Orig. in M. 2 Siegel, dreieckig, mit dem Schilde der von Alvensleben. — Gercken, Dipl. II, S. 85.

XXVI. Ritter Albert und Knappe Gebhard von Alvensleben ſtiften zwei wöchentliche Eier-Spenden für die Nonnen des Kloſters Neuendorf, am 4. Januar 1316.

Ne — — Hinc eſt quod — — cupimus fore notum quod nos Albertus miles, Geuehardus famulus, patrui (patrueles?) de Aluenſleue dedimus ſedecim marcas argenti conventui ſanctimonialium in Nyendorp ob amorem dei omnipotentis et pro ſalute animarum omnium parentum anteceſſorum noſtrorum ac ſucceſſorum, de quo argento ſeu elemoſinis cum conſilio et auxilio conventus et ſanctimonialium predictarum comparavimus tantum de reditibus quod cuilibet omnium dominarum dicti conventus perpetuo tempore dabuntur duo ova omnibus ac ſingulis quartis feriis et ſabbatis quandocunque non ſolent lacticinia devitare (devitari?), et propter hoc in prebendis earum conſuetis nullum pati debent detrimentum. Inſuper ob devotionem et amorem que predicte domine ad nos et parentes noſtros gerunt, diem omnium parentum noſtrorum anteceſſorum et ſucceſſorum ſingulorum volunt ſucceſſive peragere annuatim. Igitur ne per oblivionem in his aliqua dubietas ſuboriatur, preſens ſcriptum ſigillorum noſtrorum munimine duximus roborandum. Datum Caleuorde, anno domini M. CCC. XVI., die octava ſanctorum Innocentum.

(Orig. fehlt.) Nach Reichard's Abſchrift.

XXVII. Markgraf Woldemar ſchenkt dem Kloſter Neuendorf die Hälfte der Bede von 18 Hufen in Querſtedt und die Obergerichte in Staaz und Borwitz, am 2. März 1317.

In nomine domini Amèn. Ad memoriam univerſorum preſentium et futurorum perveniat preſens ſcriptum. Quod nos Woldemarus, dei gratia Brandenburgenſis et Luſacie marchio, voluntario propoſito dedimus et damus medietatem precarie decem et octo manſorum in villa Querſted jacentium annis ſingulis in reſpectu aliorum manſorum precariam dantium in quantitate

et qualitate dumtaxat percipiendam et tollendam devotis in Chriſto ſanctimonialibus cenobii Nyendorppe et ſuprema villarum Staaz et Borviz judicia, juſto proprietatis titulo perpetuis temporibus poſſidenda et optinenda cum quiete et pace. Ut autem iſta donatio perpetuo maneat illeſa, expreſſam abrenunciationem omnium premiſſorum facimus pro nobis et noſtris ſucceſſoribus teſtimonia litterarum preſentium ſuper eo noſtro ſigillo munitarum, preſentibus nobili domino Gunthero comite de Keverenberch, Conrado de Redere, Conrado de Oſterburch, Bartholdo Schenken cum aliis noſtris militibus fide dignis et domino Euerhardo, noſtro prothonotario predilecto. Actum et datum Wolmerſted, anno domini milleſimo CCC. ſeptimo X. quarta feria proxima poſt dominicam Reminiſcere miſerationum.

Orig. in M. Das Siegel iſt verloren. — Behm. 117.

XXVIII. Herzog Otto und Herzogin Agnes von Braunſchweig vereignen dem Kloſter Neuendorf das Dorf Querſtedt, am 3. Mai 1325.

In nomine domini. Amen. Dei gracia Otto dux et Agnes duciſſa in Bruneſwich, omnibus in perpetuum. Memoria hominum conſulte juvatur dum rei geſte ſeries litterarum teſti monio perhennatur. Hinc eſt, quod notum facimus tam preſentibus quam futuris quod — — donamus et appropriamus conventui ſanctimonialium in Nigendorp villam Querſtede cum omnibus ſuis attinentiis et appendiciis, villis, campis, ſilvis, pratis, paſcuis et cum omni jure ac valitate quam nos in dicta villa hactenūs habuimus, libere ac quiete perpetue poſſidendam, inhibentes ne quis ſucceſſorum vel officialium noſtrorum dictum conventum in proprietate ville predicte impedire preſumat quoquomodo, quod ipſam ab omni jure advocatie ſive precarie eximimus per preſentes, ita tamen quod ibidem ſingulis annis anniverſarius progenitorum et amicorum noſtrorum infraſcriptorum videlicet inclitorum principum dominorum marchionum Brandeburgenſium Woldemari, Hermanni, Ottonis Longi ac Johannis, nec non domine Margarete, duciſſe Wratizlavienſis et inclite domine Berte de Nenbeke certis temporibus ſollempniter peragatur. Preterea poſt obitum noſtrum Ottonis ducis et Agnetis duciſſe predictorum noſter anniverſarius a dictis ſanctimonialibus ſingulis annis peragatur perpetue cum ſolemnitate in divinis officiis debita et conſueta. — — — Teſtes hujus donationis ſunt Conradus de Oſterborch, Albertus de Aluenſleue, Bertoldus de Veltum, Heyſo de Vflere, milites, Fritſo de Vincelberch, noſter marſcalkus, et plures alii fide digni. Actum et datum Lechede, anno domini M. CCC. viceſimo quinto, die invencionis ſ. crucis.

Orig. in M. 2 große runde Siegel, ziemlich gut erhalten. — Behm. 119.

XXIX. Ritter Jordan und Knappe Berthold von Wodenswegen ſchenken dem Kloſter Neuendorf Haus und Hof vor Gardelegen, am 17. Mai 1325.

In nomine domini. Amen. Univerſis Chriſti fidelibus tenorem preſencium viſuris ſeu audituris Jordanus miles nec non Bertoldus famulus, dicti de Wudenſuechghe, ſalutem in domino ſempiternam. Quoniam, ut ait apoſtolus, qui parce ſeminat parce et metet et qui ſeminat in benedictionibus de eiſdem uitam metet ſempiternam. Nos ergo zelo pietatis et diuina ſuccenſi gracia boni operis fructum intimo animi feruore exſequi cupientes, rationabilius ad eos uel eas conuertimur, quorum aut quarum orationum ac elemoſinarum aliorum quoque bonorum operum nobis credimus participium non deeſſe. Unde cupimus ad ſingulorum peruenire noticiam, quod nos corporis et rationis compotes pro remedio ſalubri animarum noſtrarum in aucmentum cultus diuini ſub ſpe remunerationis eterne, monaſterio ſanctimonialium ordinis S. Benedicti in Nyvndorp ſito prope civitatem Gardelaghe (ſic) cujus perſone die noctuque diuino mancipantur obſequio, omne jus quod ad nos pertinuit ſeu nobis competere potuit in domo et curia ſita trans foſſatum extra muros Gardeleghe dicte civitatis, libere condonauimus perpetuis temporibus poſſidendum. Igitur ne calumpnia cuiquam valeat ſuboriri de premiſſis, ſigillum noſtrum ex noſtra certa ſcientia preſentibus eſt appenſum. Teſtes ſunt huius donationis Johannes, plebanus eccleſie S. Nycolai in Stendal, Willekinus, ſkolaris, Hynricus Gunteri et Helmicus (ſo, — Helmericus?), ciues ciuitatis Stendalenſis, et alii quam plures quibus fides non immerito noſcitur aſſcribenda. Actum et datum Stendale, anno domini milleſimo tricenteſimo vigeſimo quinto in feſto aſſcenſionis domini noſtri Jheſu criſti crucifixi.

Orig. in M. Siegel dreieckig, im Schilde eine Pflanze mit 4 Blumen (abgebildet im 12. Jahresbericht des altmärk. Vereins 1859. Nr. 1.); . . . DANI . . WODENSWEGE. Ein zweites Siegel hat nie daran gehangen. — Gercken, Dipl. II, S. 87.

XXX. Ritter Henning von Scheningen verkauft dem Kloſter Neuendorf gewiſſe Hebungen in Möllenbeck, am 5. Februar 1329.

Nos Henninghus de Scheninghe miles et . . filii ejus recognoſcimus et preſentibus publice proteſtamur, quod diſcreto viro domino . . prepoſito in Nyendorp ac toti conventui ibidem vendidimus ac dimiſimus pro triginta quatuor marcis argenti Stendaljenſis in villa Molenbeke ad uſus earundem unum chorum cum dimidio ſiliginis et duos choros cum dimidio ordei dandos in feſto ſancti Martini annuatim ac decem et novem ſolidos denariorum Stendaljenſium in eadem villa ſupraſcriptis (ſo) annis ſingulis in feſto nativitatis beate virginis Marie erogandos. Hujus teſtes ſunt venditionis dominus Henninghus de Santerſleve, dominus Meynardus de Rochow, Rotbardus (ſo), Johannes Mowerin, armigeri, Hermannus, prefectus in Gardelege, et Hinricus Hoghe, Echardus fratres, ibidem burgenſes, et quam plurimi fide digni.

cujus facti evidentiam preſentem literam noſtro ſigillo cum ſigillis domini Echardi de Lin-
ede ac domini Meynardi de Rochow militum prenominatorum dedimus communitam. Datum
no domini M. CCC. XXIX., in die beate Aghate virginis glorioſe.

Orig. in M. Von den 3 Siegeln iſt nur noch das mittlere vorhanden, dreieckig, Schild mit drei Rochen, ... RDI DE ROCH . . . . (abgebildet a. a. O.). — Bekm. 123.

XXI. Herzog Otto und Herzogin Agnes von Braunſchweig vereignen dem Kloſter Neuendorf iebungen in Möllenbeck, als es die Tochter des Ritters Henning von Bodendick aufgenommen hatte, am 15. Juni 1329.

— — Nos — Otto dux et Agnes duciſſa Brunſwicenſis — — ob dei omnipoten-
ſueque genitricis Marie virginis glorioſe reverentiam et honorem nec non pro eo quod religioſe
in Chriſto devote perſone abbatiſſa et conventus ſanctimonialium in Nyendorp . . filiam ho-
ti militis domini Henningi de Wodendick (Bodendik R.) in ſuam et ſui conventus ſancti-
nialem receperant et ſororem, dedimus et per preſentes donamus proprietatem plenam ſuper tria
ſta reddituum ſita in villa Mollenbeke abbatiſſe et conventui ſupra dictis — — — In qua-
n donationis renunciationis ſeu tranſlationis teſtimonium perpetuum noſtra ſigilla de noſtra certa
:ntia preſentibus ſunt appenſa, preſentibus diſcretis viris dominis Conrado de Gardelege et
nrico de Oſterburch plebanis, Eggehardo de Lintſtede, Henningo de Santerſ-
re, Henningo de Swechten, militibus, et aliis quam pluribus fide dignis. Actum et datum
ngermunde, anno domini M. CCC. XXIX. in craſtino beatorum Viti et Creſcentii (R. Cre-
ntie) martyrum.

(Das Original fehlt.) Nach Bekmann S. 122. und Reichard's Abſchrift.

XXII. Herzog Otto und Herzogin Agnes von Braunſchweig beſtätigen die Schenkung des Dorfs Grevenitz an das Kloſter Neuendorf durch Ritter Konrad von Oſterburg, am 2. April 1330.

In dei nomine. Amen. Ne — — — — — Hinc eſt, quod nos dei gracia Otto dux
Agnes duciſſa in Bruneſwich recognoſcimus publice per preſentes, quod nos in honorem
nipotentis dei ſueque matris Marie virginis glorioſe et ob ſalutem animarum noſtrarum et noſtro-
n parentum et ad preces ſtrenui militis Conradi de Oſterborch ſueque uxoris Gyſlen et
oris ſue Berchten et in remedium ſuarum animarum animeque Johannis, filii ſui, bone me-

morie, damus preſentibus et donamus monaſterio et conventui ſanctimonialium in Nigendorpe, que filiam filie dicti Conradi militis in ſuam et predicti conventus receperant ſanctimonialem et ſororem, proprietatem ville Greueniz, quam villam cum equis pheudalibus, proventibus, obventionibus, fructibus et omni jure ſuo ipſi monaſterio et conventui appropriamus per preſentes, ita tamen quod uſuffructus predicte ville apud ipſum Conradum de Oſterborch militem et ſuam ſororem Berchten temporibus vite ſue permaneat, et quod Elizabeth filia filie dicti Conradi de Oſterborch militis monialis clauſtri Nigendorp duo fruſta reddituum in certiſſimis bonis dicte ville Greueniz ad vite ſue tempora retinebit. Ipſis vero defunctis predicta duo fruſta cum proventibus et fructibus totius ville ad ipſum monaſterium et conventum libere divolvantur (ſic). Damus etiam ipſi monaſterio et conventui in Nigendorp proprietatem unius ponderis cere, quod vulgariter dicitur eyn ſten waſſes, unius modii papaveris et tertii dimidii ſolidi Brandenburgenſium denariorum ſitorum in molendino opidi noſtri Oſterborch, quorum uſufructum ipſe Conradus de Oſterborch ad vite ſue tempora obtinebit. Ipſo vero defuncto uſufructus predictorum abſque omni impedimento ad ipſum monaſterium tranſeat et divolvatur. Renunciantes pro nobis et ſucceſſoribus noſtris omni juri, quod nobis in predictis competit ſeu poſſet competere in futurum. Hujus autem noſtre donationis ſunt teſtes Henningus de Santerſleve, Ecgehardus de Lintſtede milites, Conradus prepoſitus in Stendal, Henricus, dictus Man, plebanus in Oſterborch, et alii plures fide digni. In cujus etiam teſtimonium evidens damus preſentem litteram noſtrorum ſigillorum appenſione munitam. Actum et datum anno domini M. CCC. XXX. feria ſecunda proxima poſt diem palmarum.

Orig. in M. Herzog Otto's Siegel zerbröckelt, das andere verloren.

XXXIII. Otto, Herzog von Braunſchweig, und Agnes, ſeine Gemahlin, als Herren der Altmark, willigen ein, daß das Kloſter Neuendorf einen Hof mit 4 Hufen in Badingen kauft, am 6. Juni 1332.

Dei gratia Otto, dux in Bruneſwich, antique marchie dominus, et Agnes, duciſſa et domina ibidem, omnibus in perpetuum. Ne decurſus temporis ea que in ipſo aguntur oblivioni tradat, veneranda adinvenit antiquitas ipſa in ſcripta redigi autentica et eorum teſtimonio perhennari. Hinc eſt, quod ad noticiam univerſorum volumus pervenire, Quod honorabilis vir dominus Hinricus, prepoſitus ſanctimonialium monaſterii in Nygendorp religioſeque domine . . abbatiſſa et . . prioriſſa monaſterii ejuſdem a relicta quondam Thiderici Bernhardi, civis in Stendal, et ſuis veris heredibus vnam curiam cum quatuor manſis, que fuit quondam Ludolfi de Ronſtede militis, ſitam in villa Bodinghen ſua pecunia comparaverunt cum omni utilitate et jure tam in villa quam extra villam prout idem relicta et ejus heredes a nobis habebant juſto titulo feodali, nobiſque predictam curiam cum quatuor manſis ad manus dicti monaſterii libere et voluntarie reſignarunt. Nos igitur habentes proprietatem curie et manſorum predictorum in manibus noſtris, eandem curiam et manſos cum omni jure utilitate et proprietate in honorem omnipotentis

dei et glorioſe beate Marie virginis ob remedium animarum noſtrarum et parentum noſtrorum ipſi monaſterio damus, appropriamus preſentibus perpetuo et unimus renunciantes pro nobis, noſtris heredibus et ſucceſſoribus omni juri, quod nobis in curia et manſis predictis competiit ſeu competere poſſet in futurum. In perpetuum teſtimonium premiſſorum noſtra ſigilla preſentibus ſunt appenſa. Hujus rei teſtes ſunt honorabilis vir dominus Conradus de Arnſteyn, prepoſitus eccleſie Stendaligenſis, ſtrenuique viri Guncelinus et Borchardus de Bertenſleve, Albertus de Alvenſleve, Conradus de Oſterborch et Ludolfus de Holleghe milites, fideles noſtri, magiſter Johannes de Gotinghen et dominus Hinricus Man, prothonotarii noſtri, et alii quam plures fide digni. Datum anno domini milleſimo tricenteſimo triceſimo ſecundo, in vigilia pentheoſtes.

Orig. in M. 2 große, runde Siegel, bis auf einige Theile der Umſchrift gut erhalten.

XXXIV. Agnes, Herzogin von Braunſchweig, beſtätigt eine Schenkung Hermann's von Warborch an das Kloſter Neuendorf, betreffend Hebungen in Dalem, am 2. Mai 1333.

In godes namen, Amen. Wy van de gnade godis Agnes, hertogynne to Brunſwich vnd eyne vrouwe der oldenmarke, bekennen apenbar in deſme gegenwardigen breve, dat wy dorch got vnd dorch troſtes wille vnſer zelen hebben geleghen myt dem eyghendome deme cloſter vnd dem godeſhuſe to Nigendorp by Gardelege twelf ſchok eyger vnd drivndruttich ſchillinge Brandenborgiſche penninge in deme dorpe to Dalem, vry mit allem dinſte alle jar vp to borende, de Herman von Warborch, vnſe man vnd dinre, demſulven cloſter vnd den vrouwen, de darinne begeven ſint, in godes love vnd ere heft gegheven, ewichliken to beſittende vnd to behalden. Vnd dat heft he gedan dorch got, dat deſelven vrouwen ewichliken, de wile dat dat cloſter ſteyt, in allen oren beden truweliken denken ſcholen vnd bidden vor ſiner eldern zielen vader vnd moder, vor ſyner huſvrouwen vnd ſyner kinder, vor eme ſelven vnd aller ſiner lyfhovede. Von ſodanem gude vorbenomet, dar heft Herman von Warborch degher vnd gancz afghelaten vor vns, alſo dat he noch ſyne erven neyne anſprake hernamals daran hebben moghen noch en ſcholen. Van den vorbenompden dre vnd druttich ſchillingen ſchal ver Margerete, ſyn dochter Hermans von Warborch, alle jar hebben drutteyn ſchillinge to orem live, dewile dat ſe levet. Sowanne ſe vorſtervet, ſo ſynt ſy frye vnd loſe myt deme andern gude vorgeſproken al den vrouwen in dem cloſter vorbenomet. Dat alle deſſe dingk ſtede vnd vaſt an ſik ewichliken bliven, des hebbe wy en vnſen brev darup gegeven, beinſigelt myt vnſem ingeſegel. Deſſer dingk ſynt tüge her Conradus, de acbar man, proviſt to Stendal, her Conrat von Oſterborch, her Bertolt von Buſt, her Ebel von Kalve, her Ebel von Suarteloſe, vnſe riddere, her Hinrik Man, vnſe capellan, Hinrik vnd Lodewich von Kloden vnd ander mher vrome lude. Deſſe brev is gegeven to Tangermunde, na der bort godes duſent

vnd drehundert jar, in deme dre vnd druttigeſten jare, des virden Sondages dominica Cantate na den paſchen.

Nach Beſmann S. 121. (Orig. und Abſchrift bei Reichard fehlen.)

XXXV. Otto, Herzog von Braunſchweig und Herr der Altmark, und ſeine Gemahlin Agnes überweiſen, veranlaßt durch Oda, dem Kloſter Neuendorf 18 Schilling Stendaliſcher Denare, jährlich im Dorfe Querſtedt zu erheben, und beſtätigen ältere Schenkungen an das Kloſter aus demſelben Orte, am 29. September 1334.

Nos Otto, dei gracia dux in Bruneſwich, antique Marchie dominus, ac Agnes, ejuſdem gracia duciſſa et domina ibidem, notum facimus — quod Ode nobis dilecte famule intuitu ſui obſequii ac pecunie nobis preſtite ab eadem, decem et octo ſolidos Stendalienſium denariorum nomine cenſus nobis hactenus venientes ex villa Qwerſtede de maturo conſilio noſtrorum fidelium libere dimiſimus littera in preſenti, percipiendos ab eadem quoad vixerit annuatim, ſed poſt deceſſum ipſius, ut noſtrorum debito carnis ſoluto atque predeceſſorum noſtrorum Odeque predicte in vigilia S. Andree apoſtoli ſingulis annis iugis memoria per ſanctimoniales in Niendorp perhenniter peragatur, eedem ſanctimoniales predictos decem et octo ſolidos in perpetuum ſine omni impedimento libere obtinebunt. Quos eis ex nunc et ex tunc cum omni jure et proprietate concedimus et donamus, donationes ipſis factas ſuper eadem villa Qwerſtede per anteceſſores noſtros ſcilicet inclitos principes Ottonem et Conradum, marchiones Brandeburgenſes, pie memorie confirmantes. — — teſtibus adhibitis — domino Conrado, prepoſito in Stendal, domino Bodone, domino Wernero Vinzelberg, domino Henrico Man, noſtris capellanis, Conrado de Oſterburch, Ebelino de Kalve, Henningo de Buk, militibus, aliiſque pluribus fide dignis. Datum Tangermunde, anno domini M. CCC. XXXIIII. in die S. Michaelis.

(Das Original fehlt.) Nach Beſmann S. 120. und Reichard's Abſchrift aus dem Original.

XXXVI. Herzog Otto von Braunſchweig verkauft Einkünfte in Staz und Borvitz an das Kloſter Neuendorf, am 7. (2.) Mai 1335.

Dei gracia Otto, dux in Brunſwich, — — — honorabili viro . . prepoſito ſanctimonialium in Nighendorp religioſiſque dominabus abbatiſſe et prioriſſe totique conventui monaſterii ejuſdem pro certa ſumma pecunie nobis integraliter perſoluta redditus infra ſcriptos, videlicet tria

talenta denariorum Brandeburgenſium et ſex ſolidos, octo modios ſiliginis, octo modios ordei, ſedecim modios avene in villa Staz, nec non octo ſolidos denariorum Brandeburgenſium in molendino ejuſdem ville Staz et octo ſolidos in molendino Boruiz, cum omni jure et utilitate prout ipſos habuimus, vendidimus et dimiſimus perpetuis temporibus poſſidendos et in predictorum bonorum prepoſitum et conventum monaſterii predicti poſſeſſionem*) mittimus corporalem, facientes et conſtituentes ipſos in hiis ſcriptis poſſeſſores veros et legitimos eorundem, et in honorem omnipotentis dei et glorioſe matris ejus Marie virginis ob remediumque anime noſtre et quondam pie recordationis Agnetis conthoralis noſtre et animarum parentum noſtrorum jam dictos redditus cum omni jure, utilitate et proprietate monaſterio in Nyghendorp predicto damus, appropriamus preſentibus et unimus, renunciantes omni juri, quod nobis in predictis redditibus competiit ſeu competere poſſet in futurum. — — — Teſtes — — — honorabilis vir Conradus, prepoſitus eccleſie Stendalienſis, et Bodo de Huſen, capellani noſtri, et alii quam plures fide digni. Datum anno domini M. CCC. XXXV., dominica die poſt diem beatorum apoſtolorum Phylippi et Jacobi.

Original in zwei Exemplaren, beide von derſelben Hand, aber das andere datirt in crastino b. app. Pylippi (ſo) et Jacobi (2. Mai). Das eine Exemplar hat ein zerbröckeltes Siegel, am andern iſt das Siegel verloren. — Bekm. 124.

*) Dieſe Wortſtellung in beiden Exemplaren.

XXXVII. Markgraf Ludwig vereignet dem Kloſter Neuendorf Beſitzungen in Bodingen, am 4. Juli 1338.

— — — — ſanctimonialibus clauſtri Nyendorp — curiam cum IIII manſis in villa Bodingen cum (quam?) propria pecunia emerunt, — — — appropriamus cum omni jure proprietate (— is?) ſummo atque ymo cum omni ſervitio quocunque nomine cenſeatur, cum omni precaria omnique decima majori ac minuta. Datum in Suſin*), M. CCC. XXXVIII., in die Odalrici.

(Das Original fehlt.) Nach Bekmann S. 125.

*) ? Am 8. Juli war Markgraf Ludwig in Frankfurt (vgl. dieſen Cod. I, Bd. 5. S. 87.).

XXXVIII. Heinrich von Roſſow beſcheinigt, vom Kloſter Neuendorf 26 Marck Silber für einen Hof in Odeksdorf empfangen zu haben, am 13. Januar 1340.

— — Nos Hinricus de Roſſowe recognoſcimus — — quod diſcretus vir dominus Hinricus, prepoſitus ſanctimonialium in Nyendorp et plebanus in Caluis, nobis

rationabiliter perſolvit XXVI marcas Stendalgenſis argenti pro curia ſita in villa Odekſtorp ex parte Buſſonis ejuſdem cognominis*), quod preſenti kartula et ſigillis noſtris et ſigilla honorabilium virorum, ſcilicet Johannis Mowrin, Helmoldi de Werle, Gherardi de Ammenſleve et Rotzardi, famuli, preſentibus ſunt appenſa. Acta et data ſunt hec anno domini M. CCC°. XL°. in octava epyphanie domini.

Orig. in M. Daran die Siegel des H. v. R., des J. M. und des H. v. W., die zwei andern ſind verloren; jene beiden abgebildet an dem bei Urkunde XXIX. genannten Orte. Auswärts: Odistorppe.

*) Wahrſcheinlich ſoll der incorrecte Ausdruck ſagen, daß der Ausſteller der Urkunde die Summe für ſeinen Vetter Buſſo von Roſſau oder mit für ihn in Empfang genommen habe.

XXXIX. Otto, Erzbiſchof zu Magdeburg, ſchenkt dem Kloſter Neuendorf das Eigenthum des Dorfes Hoddendorp, womit zwei Geiſtliche einen Altar im Kloſter Neuendorf dotirt haben, am 16. Januar 1340.

— — — Nos Otto, dei gracia Magdeburgenſis eccleſie archiepiſcopus, recognoſcimus — — — quod diſcreti viri ac devoti dominus Henricus, plebanus in Calvis, ac dominus Thidericus de Mildehouede, capellanus in clauſtro Nigendorp, emerunt villam Hoddendorp a Conrado dicto Spelhouel, et a Woltero Nigendorp, civibus in Gardelege, cum omni jure ſupremo et infimo in villa et in campo cum manſis, pratis, paſcuis, lignis et omnibus proventibus (pertinentibus) ejuſdem ville ſicut iidem poſſederunt, proprietate autem ac collatione ſupradicte ville nobis reſervata, que ad nos et noſtrum capitulum de jure pertinere dinoſcitur, quam poſſeſſores (q. poſuerunt ſive) tranſtulerunt ad altare apoſtolorum beatorum (ap. omnium) in honorem dedicatum, ſitum in clauſtro Nigendorp, ob remedium animarum ipſorum et omnium fidelium animarum, ipſum altare cum predictis bonis devote dotando. Nos autem reſpicientes plurima dampna ſanctimonialibus predicti cenobii illata per noſtros ac devotiones predictorum ſacerdotum, cum pleno conſenſu noſtri capituli proprietatem et collationem ſupradicte ville cum omnibus juribus ejuſdem, que in ſepe nominata villa habuimus et habemus, ipſis ſanctimonialibus libere donamus et dicto altari appropriamus irrevocabiliter obſervanda. Quorum omnium, que in eadem villa ad nos et noſtrum capitulum pertinent, juri in preſentibus penitus renuntiamus predicto cenobio in poſſeſſionem dando (p. c. impendendo). In cujus donationis noſtre teſtimonium et robur perpetuum preſens ſcriptum ſigilli noſtri munime et noſtri capituli firmiter juſſimus roborari. Teſtes hujus donationis ſunt honorabiles viri Henningus de Stenvorde, Albertus de Luderiz, Thidericus de Robitz (Rokaz) [Rokiz?], milites, Albertus de Alvenſleben, Johannes Maurin (Maurici), Arnoldus de Suede (A. Veſuede) [de Suedere? de Suecte?], famuli, et quam plures alii fide digni. Datum anno domini milleſimo trecenteſimo quadrageſimo, dominica poſt octavam epiphanie.

(Das Original fehlt.) Nach Beckmann S. 137. und Reichard's Abſchrift, deren Abweichungen von Belang in ( ) ſtehen.

XL. Das Kloſter Neuendorf verpflichtet ſich gegen Ludolf König, Pfarrer in Gardelegen, für empfangene 60 Marck Silber, ihm jährlich 7 Marck Silber Leibrente zu zahlen und nach ſeinem Tode Seelmeſſen u. ſ. w. zu halten, am 25. Januar 1340.

In godes namen Amen. Wie Johannes, perrer to Luderiz vnde proueſt tu Niendorpp bi Gardelegen, Sophie van Norſtede, ebbediſche, Sophie van Ronſtede, priorinne, vnde ganze covent des ſiluen cloſters dun witlik mit ener oppenbarer bethuginghe alle den, di nu ſin vnde noch tukomende ſin, di diſſen bref ſen vnde horen, dat wi hebben verkoft vmme ſeſtich marc brandenborgiſch ſiluers vnde wichte, di in vſe nut ghekomen ſin, hern Ludolue Koninge, perrere tu Gardelege, ſeuen*) marc des ſiluen ſiluers, in deme redeſten wiſſeſtem ghude vſes dorpes tu Luffinghe, di wi eme ſchullen gheuen, di wile hi leuet, alle jar ane thoch (ſic) vnde hinder vppe di Menden, vnde ſwanne hi doth is, ſo ſcole wi diſſe ſeuen marc gheuen alſo hir na ſteit beſcreuen: Tu allen vir weken ſcole wi ewichliken gheuen ene halue mark den ſuſteren ghemeyne vſes couentes vnde enen ſchilling pennighe den priſteren. Vnde tu allen vir weken ſculle wi des benumeden hern Ludolues dechtniſſe ewichliken began an vilien, an ſelemeſſen vnde an allen guden werken vnde beden, alſo des irſten daghes ſiner bigraft, vnde di priſter ſcullet ſunderliken vilien in deme chore holden tu allen vir weken. Dat wi willen vnde ſchullen alle dith holden ewichliken vaſte vnde vnuerwandelt, dat loue wi in diſme breue hern Ludolue vnde ſinen vrunden bi vſer ſamwithicheit vnde bi vſeme horſame, den wi ghedan hebben vnde bi der regelen vſes orden. Des ſo heft her Conrad van Arnſtede, proueſt, vnde her Frederic van Oſtheren, deken, vnde dat capitel der kerken tu Stendal ere ingeſegele an diſſen bref ghehenghet tu eyner betugunghe diſſer dinge, vnde dat ſe eder wi na en deken vnde proueſt werde, moghen manen vs van hern Ludolues weghene eft enych brake eder verſumeniſſe an diſſen dinghen worde, des Ghot nicht en wille, vnde wi hebbet vſes proueſtes vnde couentes ingeſegele ok an diſſen bref ghehenget tu ener bekantniſſe vnde vaſtholdunge diſſer dinghe. Diſſe bref is gheſcreuen na der bord Ghodes drytteynhundert jar, in deme virtigheſtem jare, in ſunte Pawels daghe, di dar kumt vor Lechtmiſſen.

Orig. in M. Mit den Siegeln des P. Conrad und D. Friedrich; die 3 andern Siegel ſind verloren gegangen.

*) Ueberall geändert aus ses.

XLI. Markgraf Ludwig vereignet — für Geld — dem Kloſter Neuendorf Hebungen, die dem Kloſter nach dem Tode der Nonne . . von Oſterburg künftig zufallen ſollen (vgl. Urk. XXXI.), in Grevenitz und mehreren andern Orten, am 20. Januar 1345.

— — — nos Ludowicus, dei gratia Brandenburgenſis et Luſacie marchio, — — — ob ſalutem et perhennem memoriam animarum magnificorum principum marchionum

Brandenburgenſium bone recordationis predeceſſorum noſtrorum, noſtre, heredum ac ſucceſſorum noſtrorum appropriavimus et appropriare decrevimus religioſis et deodicatis perſonis, . . abbatiſſe . . prioriſſe devotis nobis dilectis totique conventui ſanctimonialium clauſtri Niendorph Cyſtercienſis ordinis Halberſtadenſis dyoceſis in villa Greuenicz decem et octo fruſta annuorum reddituum cum ſupremo et infimo iudicio, que poſt deceſſum honeſte et religioſe puelle . . dicte de Oſterburg ad idem clauſtrum devolvi debebunt, in villa Molenbeck quatuor talenta cum quatuor ſolidis denariorum Brandenburgenſium, in villa Odingeſdorph quatuor fruſta cum ſupremo judicio cum uno ſolido denariorum vrehesphennynghe dictorum, in molendino ante civitatem Oſterburg ſito unum lapidem cere cum uno modio papaveris, in precaria ville Staz tria talenta cum dimidio talento denariorum Brandenburgenſium, novem modios ſiliginis, tot modios ordei cum decem et ſeptem modiis avene, in molendino ville ejuſdem quinque ſolidos denariorum eorundem, in molendino ville Boruiz quatuor ſolidos denariorum Brandenburgenſium, in villa Dalem triginta cum tribus ſolidis denariorum ſerviciales denarii dictorum, eidem clauſtro prenotatos redditus perpetuis temporibus ſine impedimento quolibet quiete et pacifice pertinendos, renunciantes pro nobis heredibus et ſucceſſoribus noſtris omni juris actioni ac impetitioni, que nobis in premiſſis competebant vel conpetere poſſent aliqualiter in futurum. Pro qua renunciatione et reddituum appropriatione nobis pretacti clauſtri prepoſitus in centum et quindecim marcis argenti Stendalienſis integraliter ſatiſſecit. In cujus rei teſtimonium preſentes dari fecimus ſigilli noſtri appenſi munimine firmiter communitas. Teſtes vero hujus ſunt nobilis vir Johannes de Buch, dominus in Garſedow, nec non ſtrenui viri Swickerus de Gundolfinghen, curie noſtre magiſter, Gebehardus de Aluenſleuen, antique marchie aduocatus noſter, milites, Gerekinus Wolf, curie noſtre judex, cum ceteris pluribus fide dignis. Actum et datum Stendal, anno domini M. trecenteſimo quadrageſimo quinto, feria quinta, die Fabiani et Sebaſtiani martirum beatorum.

Orig. in M. Siegel verloren. — Behm. 125. und Ludwig reliquiae mss. VII, 128 fehlerhaft.

XLII. Heinrich von Roſſau verkauft dem Kloſter Neuendorf 7 Hufen im Dorfe Oberdorf, am 10. Februar 1345.

— — Ego Hinricus, famulus, dictus de Roſſou, recognoſco — — quod rite et rationabiliter vendidi honeſtis dominabus videlicet ſanctimonialibus clauſtri Nyendorpe ſeptem manſos in campis ville Odexdorpe ſitos, pro nouem marcis Stendalgenſis argenti, duos choros ſiliginis ſingulis annis ſoluentes. Inſuper ego Hinricus, famulus, de Roſſou, pretactus promiſi et in preſenti promitto iam dictis ſanctimonialibus bona prefata ad fideſmanus (ſic) reſeruare, donec proprietatem a domino marchione conſequi valeant ſuper bona prenarrata. Ne igitur de iſtis in poſterum dubium oriatur, ego Hinricus de Roſſou, antedictus, et Hennigus de Lintſtede ac Ghere de Ammenſleve, famuli, promiſimus, et in preſenti promittimus conjuncta manu ſtrenuo militi domino Tyderico de Rokiz et Arnoldo Kunen, ciui in Stendal, Bartoldo Spol-

houel et Bartoldo Taken, ciuibus in Ghardelege, quando et quo tempore unus ex vobis quatuor prefcriptis refignationem de premiffis bonis poftulauerit, fepedictus famulus Hinricus de Roffou ipfa bona rite ac omni protractione procul mota refignabit. Hec acta funt anno domini M. CCC. XLV. in die fcolaftice virginis glorioſe.

Orig. in M. Daran das Siegel des Hennig von Lintſtede, 2 andere verloren, abgebildet an dem bei Urk. XXIX. a. O.

XLIII. Heino Mowerin belehnt den Hermann von Hemſtedt mit Hebungen in Hemſtedt, am 7. April 1350.

— — Ego Heyno Moweryn, famulus, — contuli — Hermanno de Hemſtede, civi in Gardelege, unum chorum ſiliginis redditus in villa Hemſtede perſolvendum annuatim die beati Martini vel circa, ex curia Johannis Bunemannes poſſidendum — — pheodali tytulo et tempore ſempiterno eundemque chorum ſiliginis confero Alheidi, dicti Hermanni uxori legitime, vero vitalicio ſeu quamdiu vixerit poſſidendum. — Datum anno domini M. CCC. quinquageſimo, feria quarta poſt Ambroſii proxima. Hujus ſunt teſtes honeſti viri Conradus Spelhouel, prefectus in Gardelege, Bartoldus Ekberti et Johannes, filius ejuſdem Conradi, cum pluribus fide dignis. Datum ut ſupra.

Orig. in M. Mit dem Siegel des Ausſtellers (abgebildet a. a. O.).

XLIV. Aufhebung des wegen rückſtändiger Zahlungen an die päpſtliche Kammer über das Kloſter Neuendorf verhängt geweſenen Bannes, am 7. Dezember 1360.

Arnoldus Stamer, canonicus majoris, Conradus, prepoſitus ſancti Johannis, Johannes, decanus beate Marie eccleſiarum Halberſtadenſium, collectores ſubſidii domini pape per civitatem et dyoceſin Halberſtadenſem a ſede apoſtolica deputati reverendo viro domino Conrado Duzere, eccleſie beati Marie virginis in Stendal plebano ſalutem — — Veſtre reverentie committimus — — ut accedatis ubi propter hoc fuerit accedendum, et prepoſitum, abbatiſſam et ſingulares moniales ac cappellanos monaſterii ſeu clauſtri Nyendorp a ſententiis excommunicationum contra eos occaſione ſubſidii biennalis duarum procurationum camere domini pape debiti et non ſoluti — — latis — abſolvatis pro eo quod dictum ſubſidium nobis perſoluerunt competenter — —. Atque etiam ſuſpenſionem in dictum collegium et locum et interdicti ſententias in ipſum clauſtrum ex cauſa predicta latas tollatis et relaxetis, quas preſentibus tollimus et relaxamus — — — injungen-

tes ipſis ut — — infra quindenam tres florenos, quos pro expenſis ſedes petit apoſtolica, nobis Halberſtadium tranſmittant. Datum Halberſtad, anno domini M. CCC. ſexageſimo, in vigilia conceptionis Marie virginis glorioſe.

Orig. in M. Daran das Siegel des Arnold Stammer.

XLV. Der Geſchwiſter von Santersleben Schuldverſchreibung über 8 Marck Silber gegen 1 Marck jährlicher Zinſen, aus ihren Renten zu Latzke zu erheben, für den Bürger Kopeken in Magdeburg, vom 5. Juni 1362.

— Wie her Jan, canonik to Stendal, Thiderik, eyn knape, brudere, gheheyten von Santterſleue, vnde Sophia, er ſuſtere, — — vorkopen — dem wiſen manne Hanſe Kopeken, borghere to Magdeborch, — ene mark Brandenborgiſchen ſilueres ut deme gude vnde dorpe to Latzeke, dar wie inne hebben alle jar dridde half punt Brandeborgiſche pennighe, vier ſcepel haueren vnde dritteyn honre — — vor achte mark Stendalſchen ſilueres — — — — (mit Vorbehalt des „wedderkopes to dren jaren". Auch dem H. Kopeken ſoll mit Ablauf dieſer Zeit Kündigung freiſtehen: aver) luſtede eme diſſes vorſprokenen gudes, ſo ſculde wie eme dat wie dar inne beholden bouen ſine mark geldes, verkopen vmme redelike pennighe, alſe vſer beyder vrunden dochte redelik ſyn. To eyner veſtnitze diſſes copes vnde dedinghe, ſo ſēde (ſic) wie vp dit vorſproken gut to truwer hant diſme vorſprokene Hanſe vnde ſynen rechten eruen by den erbaren Knapen Hinrik von Roſſowe, Hinrik von Ronſtede vnde Erike Melke, vnde hebben diſſen brief geveſtenet mit vſen ingeſeghelen na goddes bort duſent jar, dre hundert jar, in deme twe vnde ſeſtegheſten jare, in deme heyligen daghe to pingeſten. Tughe diſſer dingh ſint die erbaren lude Heyncke Sadenbeke, Erik Melk, Heyneke Spelhouel, Vdo vnde Gherbrech Foyteblume vnde andere erbare lude.

Orig. in M. Beide Siegel ſind verloren.

XLVI. Ghyze Winekens erläßt dem Kloſter Neuendorf eine Schuld von 10 Marck Geldes, am 28. März 1363.

Yk Ghyze Winekens bekenne — dat yk ledich vnde los late der ebdiſchen vnde deme ganſen convente tho Nyendorp des gheldes teyn mark, des ſe my ſculdich ſyn, vnde yk vnde myne eruen ſe vmme de teyn mark nycht mer manen en willen. — — beſeghelet myt my-

nem inghefeghele, na godes bort datum anno domini M. CCC. LXIII, feria tertia poſt feſtum palmarum.

Orig. in M. Siegel mit Umſchrift S. GHISONIS DE SCADEWACH . . . (vgl. Bd. V. S. 100. Nr. CLII. Ghyso winandi de Schadewachten.)

XLVII. Das Kloſter Neuendorf verkauft einem Bürger in Calvörde die Hebung von jährlich 2 Wiſpel Roggen aus der Mühle in Lüffingen, am 4. März 1365.

We her Jan, proueſt, Alheit, ebdiſſche, Cecilia, priorinne, vnde de couent ghemeyne des cloſters to Niendorp — — hebben vorkoft deme beſchedenem manne Heynen Strikworſte, borghere to Caluorde, Heylen, ſyner huſvrowen, — — — twene wiſchepel roghen in vnſer molen to Luffingh vor achteyn mark Brandeborgiſchen ſuluers, de ſe alle jarlikes ſcolen vpnemen to ſunte Martens daghe to Gardeleghe von den dren wiſchepelen, de we dar ledich inne hebben. (wiederkäuflich). (Zur getreuen Hand gelobt dem Conrade Weteritze vnde Alheide, ſiner huſvrowen.) — dritteynhundert jar, in deme vif vnde ſeſtigheſten jare, des dinneſdaghes na dem erſten ſondaghe in der vaſten, als me ſinghet Invocavit me.

Orig. in M. Siegel des Propſtes und des Convents.

XLVIII. Biſchof Ludwig von Halberſtadt macht einen päpſtlichen Befehl bekannt über Sequeſtration der Pfarre in Gardelegen, deren Patronat zwiſchen dem Kloſter Neuendorf und dem Markgrafen Otto ſtreitig geworden war, am 5. März 1366.

Ludowicus — epiſcopus Halberſtadenſis venerabilibus et diſcretis viris . . decano Halberſtadenſi, Rodolpho Dobelin, prepoſito ſancti Nicolai, Conrado Duſeri, rectori parrochialis eccleſie ſancte Marie in Stendal eccleſiarum et Alberto de Engerſbu, preſbytero Halberſtadenſis dioceſis, ſalutem — —. Dudum vacante parrochiali eccleſia in Gardelege noſtre Halberſtadenſis dioceſis et preſentatis in diſcordia pro parte — — monaſterii ſanctimonialium in Niendorp — ad quas jus patronatus et preſentandi ad dictam eccleſiam in Gardelege pro tempore noſcitur pertinere, Johanne de Roten, prepoſito monaſterii predicti, et per illuſtrem principem Ottonem marchionem Brandeburgenſem Henrico de Wederden de facto, et propter hoc ſuſcitata inter partes predictas materia queſtionis coram domino Pegrino archidiacono banni Balſamie ad quem talium cognitio cauſarum — noſcitur pertinere, idem archidiaconus — — declaravit, licet male, jus preſentandi ad eandem eccleſiam ſpectaſſe et pertinuiſſe ac ſpectare et perti-

nere de jure ad Ottonem marchionem predictum et ipſam eccleſiam ad ipſum Henricum et eum inveſtiendum fore —.— ac inveſtivit — — a qua quidem ſententia fuit pro parte dicti domini Johannis de Roten ad ſedem apoſtolicam legitime appellatum et continuata propter hoc apud eandem in palatio apoſtolico cauſarum coram venerabili viro domino Petro de Roma ejuſdem palatii cauſarum auditore inter partes predictas materia hujuſmodi queſtionis, idem dominus Petrus auditor prefatus ſervatis in hiis obſervandis diffinitam ſententiam legitime tulit pro Johanne de Roten ſupradicto et contra Henricum de Wederde ſepedictum. Qua ſententia ſic lata et pro parte dicti Hinrici appellato ab eadem, idem Johannes pro ſequeſtratione hujuſmodi eccleſie ac fructuum reddituum et proventuum ipſius litteras apoſtolicas in forma conſueta ad nos impetravit ſub hac forma: „Urbanus ——— ad parrochialem eccleſiam in Gardelege vacantem per obitum quondam Arnoldi de Velten ipſius eccleſie rectoris etc. — — — Prefatus dilectus filius Johannes (de Roten) nobis humiliter ſupplicavit ut, cum prefatus Henricus parrochialem nondum per triennium pacifice poſſederit antedictam, et pro eodem ſic ut predicitur prefata diffinitiva ſententia promulgata eccleſiam ipſam ſequeſtrari juxta conſtitutionem felicis recordationis Clementis pape predeceſſoris noſtri ſuper hoc editam mandaremus. Nos itaque — fraternitati tue — mandamus quatenus eccleſiam ipſam per te vel alium ſequeſtrare procures exhibiturus id quod de ipſis parrochialis eccleſie fructibus, debitis ejus ſupportatis oneribus, ſupereſſe contigerit, illi qui finalem in cauſa victoriam obtinebit, contradictores per cenſuram eccleſiaſticam — compeſcendo. Datum Auinione, decimo Kal. Marcii, pontificatus noſtri anno quarto." Ac pro parte dicti domini Johannis de Roten fuimus cum inſtantia requiſiti ut ad earundem litterarum apoſtolicarum executionem — procedere dignaremur, — — nos — cum executioni ac ſequeſtrationi predictis arduis in dicta Romana curia negotiis impediti nequeamus accedere aut commode intereſſe — — vobis — — mandamus, quatenus infra ſex dies a tempore hujuſmodi requiſitionis computandos ad eccleſiam in Gardelege accedentes eandem eccleſiam cum omnibus fructibus — — ſequeſtretis etc. — — Henricum poſſeſſorem et omnes alios pro eo in eadem eccleſia officiantes etc. — — extra ipſam eccleſiam — et — — poſſeſſionem fructuum — — omnino ponatis — —. Datum Auinione, anno domini milleſimo trecenteſimo ſexageſimo ſexto, quinta die menſis Marcii preſentibus honorabilibus et diſcretis viris dominis Alberto, noſtre Halberſtadenſis eccleſie decano, et Johanne, dicto Prigel, in Romana curia procuratore teſtibus ad premiſſa —, noſtri officialatus quo utimur ſub ſigillo.

Da die Urkunde nach Pergament, Handſchrift und (kleinem, rundem) Siegel (in rothem Wachs) in der Diöceſe Halberſtadt fremdartig und verdächtig erſcheinen konnte, ſo hielt man es für nöthig, ihre Richtigkeit durch einen angehefteten doppelt beſiegelten Zettel zu beglaubigen: — — Nos Hinricus Marsalcus (sic) et Ludolfus, officialis curie Halberstadensis, recognoscimus sigillum presenti processui appensum fore verum sigillum domini nostri Halberstadensis episcopi, quo utitur in suis litteris dirigendis de curia Romana etc.

Orig. in M. Das Ganze mit 3 Siegeln, von denen aber das letzte verloren iſt.

XLIX. Zwei Prätendenten auf die Pfarre in Gardelegen vertragen ſich vorläufig und bis zur Entſcheidung ihres Streites, am 23. Juni 1368.

In nomine ſancte et individue Trinitatis. Rodolfus, dei gracia halberſtadenſis epiſcopus, Notum ſit omnibus criſtifidelibus tam futuris quam et preſentibus, qualiter dominus irminhardus, hildeſleuenſis cenobii abbas, ac hartmannus, wallebecenſis prepoſitus, quedam eccleſiarum ſuarum predia pro commoditate et ſitu eorundem prediorum utrilibet monaſterio adjacencium cambiendo commutare pari conſilio ac uoto ſui fratrumque ſuorum conſenſerunt. Igitur IIII^{or} manſos in villis mendorp ac wallendorp, quos hildeſleuenſis eccleſia a longis retro temporibus poſſederat, cum omnigeno ex ipſis commoditatum prouentu prefatus abbas wallebecenſi eccleſie ex hoc et omni in futurum tempore perpetuo iure poſſidendos tradidit, et reciproca uiciſſitudine ſuſcepit predium, quod, ſitum in ripis albie et ore fluminum, in Villa elebui dicta, hactenus wallebecenſi eccleſie pertinuerat, quatinus ipſum deinceps predium cum omnibus vtilitatibus ſuis et attinenciis, terris ſcilicet cultis et incultis, pratis, paſcuis, aquis, ſiluis, piſcationibus, queſitis et acquirendis in cuncta poſteritatis tempora hildeſleuenſe monaſterium inconuulſa firmitate poſſideat. Addidimus eciam ex noſtro, ut ſi abbas et fratres ipſius agriculturam in predicta uilla habere uoluerint, decimam de nutrimentis pecorum ſuorum ex noſtra donacione in perpetuum libere poſſideant. Hec ergo donacionis actio et commutacionis pactio, a prefatis vtriuſque eccleſie prouiſoribus et fratribus aduocatiſque viciſſim collaudata, et generali ſinodo halberſtadenſi coram ſacro et venerabili clero et omni populo recitata, noſtra pontificali auctoritate cum terribilis banni interminacione et ſigilli noſtri impreſſione legitime eſt corroborata. Eius donacionis ſiue pactionis teſtes fuerunt: Ex parte hildeſleuenſium Dominus ekbertus hugiſburgenſis, ſygobodo hilſeneburgenſis, abbates, Martinus, maioris eccleſie prepoſitus, et erpo, decanus, adelbertus, marchio, et otto, filius eius, otto, comes de hildeſleuen, advocatus eiuſdem cenobii, cum thiderico, fratre ſuo, hinricus de wichmanſdorp et alii complures. Ex parte uero wallebecenſium: fredericus, comes palatinus, eiuſdem eccleſie aduocatus, et filius eius albertus, hinricus, prepoſitus, et reynfridus, decanus, Irmingat, marchioniſſa, fredericus, marquardus, ekehardus, nobiles; Retherer, hugo, adelbertus, fridericus, adelgoz, miniſteriales, aliique complures. Datum III. idus aprilis, per manum domini rodolfi, halberſtadenſis eccleſie epiſcopi, Anno dominice incarnacionis M°. C°. XL. V°., Indictione VIII.

Cop. I, fol. 14.

VI. Biſchof Ulrich von Halberſtadt beſtätigt dem Kloſter Hillersleben die unter dem Abt Irminhart gemachten neuen Erwerbungen, am 28. Juni 1152.

In nomine ſancte et individue Trinitatis. Odelricus, diuina cooperante clemencia halberſtadenſis epiſcopus, omnibus vniuerſalis eccleſie fidelibus in perpetuum. Quoniam, deo omnium bonorum auctore, ad nos licet indignum multorum reſpicit cura fidelium, noſque omnium paci et tranquillitati, maxime autem clauſtralium et ſub habitu humilitatis iugiter deo ſerviencium, ſollerti cura inſudare oporteat, neceſſe eſt, ut ſic deo adiutore omnium, ut diximus, conſolacioni prouidencia nobis a deo conceſſa paterno affectu intendat, ne luporum rapacium ueſana nequicia ovili criſti libere inſurgat. Notum ergo tam futurorum quam preſencium pie memorie eſſe uolumus, qualiter ob amorem dei Sanctique Laurencii martyris, nec non laudabilem peticionem venerabilis domini irminhardi, hildeſleuenſis cenobii abbatis, prediis a prefato abbate ſuis temporibus veneranda ſagacitate acquiſitis pacis tranquillitatem eccleſiaſtica cenſura indiximus, atque banni noſtri confirmacione, nec non ſigilli noſtri impreſſione eiuſdem eccleſie utilitati et inibi ſub regula ſancti benedicti deo ſincere ſeruiencium uſui in perpetuum profutura confirmauimus. In prefate itaque ville ambitu XVI manſos et dimidium, cum ſuis appendiciis, In domenſleue IIII^{or} manſos et dimidium, Setorh II manſos, in rodenſleue maiori III manſos, In rodenſleue minori manſum, In begenthorp II manſum, In megentorp manſum, In ſnardeſleue II manſum, In irkeſleue manſum, In dalwerſleue dimidium manſum, In wiſchweneden dimidium manſum, In emeringe VII manſos, In hoen werſleue III manſos, In geroldeſdorp IIII^{or} manſos et dimidium, In euendorp IIII^{or} manſos et dimidium, In valdorp IIII^{or} manſos, In putgorizi VII manſos cum ſuis appendiciis, Cruzice IX manſos cum ſuis appendiciis, Voltwich VIII manſos, Bozece VII manſos cum ſuis appendiciis, karmanſtorp X manſos cum ſuis appendiciis, Loceke II manſos, In mentorp manſum. Hec ergo prelibata predia, nunc tranquilla pace acquiſita et in poſterum pio labore acquirenda, tocius fons et origo pietatis, dominus, ad honorem et laudem nominis ſui adaugeat, et cooperatoribus immarceſſibilem uictricis palme coronam conferat. Ad confirmacionem quoque huius rei et firmitatem teſtes annotari iuſſimus, ſcilicet adelbertum marchionem, fridericum palantinum, arnoldum, magdeburgenſem abbatem. Sigobodonum hilſeneburgenſem, ekbertum hugiſburgenſem, bartoldum ammenſleuenſem, erponem maioris eccleſie decanum, billingum, prepoſitum de ſancto paulo, geronem canonicum, ottonem comitem, theodericum, fratrem ejus, burchardum de valkenſten, hugoldum de ſcohwih, gardolfum de hadmerſleue ceteroſque quam plures eccleſie fideles. Quarto kal. iulii, anno dominice incarnacionis M°. C°. LII., Indictione XV^{a}. Datum halberſtad, feliciter amen.

Cop. I, fol. 12.

VII. Biſchof Ulrich von Halberſtadt beſtätigt dem Kloſter Hillersleben ſeine Beſitzungen und Rechte, am 28. Juni 1152.

In nomine ſancte et individve Trinitatis. Odalricvs, divina favente clementia Halverſtadenſis eccleſie Epiſcopvs, omnibvs in Chriſto fidelibvs in perpetvvm, notum eſſe volumus tam preſentis quam futuri temporis fidelibus, qualiter ob amorem Chriſti egregiique martyris Laurentii nec non Irminhardi, religioſi viri, Hilliſlouenſis cenobii Abbatis, humilem peticionem Chriſti pauperibus ſub ſancto monaſtice religionis habitu Deo prefatoque martyri inibi ſeruientibus libertate prediiſque eorum tam nobilium quam ceterorum fidelium manibus ob ſalutem animarum ſuarum collatis et permaxime a prefato pie memorie Abbate laudabili ſagacitate acquiſitis pacis tranquillitate perpetualiter prouidere curauerimus. In prefate itaque ville marcha XXXta et unum manſum cum ſuis debitis appendiciis, cum molendinis et ſiluis, pratis, paſcuis, piſchationibus et aquarum redditibus. In Emeringe VII manſos, in Sethorp III manſos et dimidium, in Druchteſberg IIos manſos, Budendorp fere manſum, in Piſichindorp I manſum, in Dumineſloue XII manſos et dimidium, in Rodeneſloue XIIII manſos et dimidium, in minori Rodeneſloue manſum, Beinthorp manſum et dimidium, in Meindorp I manſum, in Ochmarſloue manſum, in minori Wellen IIos manſos, Hergrimeſdorp IV manſos, in Snardeſloue manſum et dimidium, in Houuerſloue VIIII manſos, in Irkeſloue manſum et dimidium, in Geroldeſdorp VII manſos et dimidium, in Juentorp VII manſos, in Kezdre III manſos, in Eluebui V manſos et dimidium cum XXXIIta manſiunculis, in Drakelſtede minori VIIII manſos et dimidium, in Drakelſtedi majori VI manſos, in Emmode VII manſos et dimidium, in Wedringe II manſos et dimidium, in Valdorp VI manſos, in Steinforden manſum, in Sameteſwege XII manſos, in Meſberge VI manſos et dimidium, in Loceco IIII manſos, in Flectingen IIos manſos, in Carmanſthorp totam villam cum ſuis appenditiis, in Ciboue V manſos, in majori Smeruelden dimidiam villam cum ſuis appenditiis, in minori Smeruelden totius ville terminum cum ſuis appenditiis, in Oſterſteden Xcem VIIIto manſos, in Mucrona manſum, in Potgorice totam villam cum ſuis appenditiis, in Bozize totius ville terminum cum ſuis appenditiis, in Woleuwih totam marcham cum ſuis appenditiis, in Cruzeze totius culture ambitus cum ſuis appenditiis, in Hoſterhuſen III manſos et dimidium cum prato et debitis appenditiis, Luchtorp manſum. Hec prefata predia nunc pie acquiſita et in poſterum pacifice acquirenda omnipotens Dominus, cujus manus beniuole et miſericordie copioſe exiſtunt, ſolita largitate adaugeat et conſeruatoribus ea perpetue felicitatis coronam, deuaſtatoribus vero, ſi non reſipuerint, debitam eterni detrimenti penam conferat. Vt hec igitur confirmationis noſtre ſcripta in perpetuum rata et inconuulſa permaneant ſub tremendo juſti judicii examine et ſancti Petri apoſtolorum principis et ſancti prothomartyris Stephani ſanctique Laurentii martyris omniumque Sanctorum inuocatione anathematis ancipiti gladio confirmauimus et ſigilli noſtri certa impreſſione tam ſecularium quam ſpiritualium perſonarum idoneos teſtes annotantes ſignauimus, quorum ſunt hec nomina: Frithericus, Magdeburgenſis Archiepiſcopus, cum clero ſibi ſubjecto ſcilicet Arnoldo, Abbate de Monte, Gerardo, prepoſito majoris eccleſie, Aſcecone, decano, Teoderico, Sigobodo; abbas Hiliſiniburgenſis, Ekebertus, abbas Hugiſburgenſis, Erpo, majoris eccleſie Decanus, Conradus, Camerarius, Rodolphus, vicedominus, Billingus, prepoſitus de Sancto Paulo, Gero, Canonicus; Adelbertus, Marchio, et filii

ejus Otto, Marchio, et Hermannus, Comes, Frithericus, palatinus, Otto, Comes, Burchardus, Caſtellanus, Burchardus de Valchenſtein, Wernerus de Velthem, Gardolphus de Hademareſloue, Hygoldas de Scohwiz, Volradus de Saltwedele aliiſque compluribus ſancte catholice fidei cultoribus. IIII°. Kal. Julii Anno Dominice Incarnationis Milleſimo Centeſimo L. II., Indictione XV. Data Halberſtat, feliciter Amen.

Nach Gercken's Codex I, 7—10. Eine Abſchrift in dem Copialbuche zeigt folgende Abänderungen:

ſtatt:	Sethorp	Sedorp,	ſtatt:	Budendorp . .	Dudendorp,
„	Pisichindorp	Pesekendorp,	„	Dumineslouе .	Domersleue,
„	Houuersloue IX mansos .	Hoen Wersleue VIII mansos,	„	Juendorp . . .	euendorp,
„	Drakelstede	Drakenstede,	„	Emmode . . .	emmede,
„	Sameteswege	Semteswege,	„	Flectingen . .	Vlechtinge,
„	Cibowe	tibowe,	„	Potgorice . . .	putgoriz,
„	Woleuwih	uoltuwich,	„	Hosterhusen .	Osterhusen,
„	Hilisineburgensis	Hilseneburgensis,	„	Valchenstein .	ualkensten,
„	Hademaresloue	Hadmersleue,	„	Hygoldas . . .	Hugoldus.

Auch lieſt man in dem im gedachten Copialbuche befindlichen Exemplare dieſer Urkunde auf der Stelle, wo die Rede vom Dorfe Elbey iſt, zwiſchen „XXXII" und „mansiunculis" das bei Gercken fehlende Wörtchen „absque", welches den Sinn ſehr verändert. Dann iſt der Copie noch von ſpäterer Hand die Abſchrift folgenden Atteſtes hinzugefügt:

Nos fredericus, dei gracia decanus maioris eccleſie Magdeburgenſis, et hinricus, officialis eiuſdem, et nicolaus de biſmarke, capitaneus, domini Tyderici, archiepiſcopi eccleſie prenotate publice proteſtamur, quod preſens copia a nobis eſt diligenter examinata et quod cum orienali totaliter eſt concordata. Ad cuius rei euidens teſtimonium noſtris appenſis ſigillis fecimus communiri. Datum Magdeburg, anno Domini M°. CC°. LXIII°., in die beati oſswaldi regis et martiris.

Talis copia ſigillata invenitur inter alia priuilegia monaſterii.

VIII. Biſchof Ulrich beſtätigt die Hoſpitalſtiftung des Abtes Irminhart zu Hillersleben, am 12. April 1153.

In nomine ſancte et individue Trinitatis. Ego odelricus, dei gracia halberſtadenſis epiſcopus, Omnibus vniverſalis eccleſie fidelibus in perpetuum. Notum eſſe cupimus vniverſitati fidelium tam futurorum quam preſencium, quoniam dilectus filius noſter Irminhardus, hildeſleuenſis cenobii abbas, vir religioſus, omnipotenti deo ſanctoque martyri Laurencio ad honorem et gloriam tamque hoſpitum quam et pauperum ad refocillandam inopiam ex obedientia ſibi fideliter credita, hoſpitale in prefati clauſtri confinio, communi tocius conuentus nec non ottonis comitis eiuſdem eccleſie pari conſenſu, feliciter conſtruxit, atque ex prediis, laudabili ſagacitate ab eodem venerabili uiro ſuis temporibus acquiſitis, tam pro ſua, quam et ſibi commiſſorum, necnon omnium prefate eccleſie benefactorum ſalute, XII manſos cum ſuis appendiciis, ſcilicet valdorp VI manſos, in hildeſleuen marcha IIII^{or} manſos, in nienthorp manſum, in mocorne

manſum, contradidit. Si quis vero futurorum vel preſencium ſiue abbatum ſiue advocatorum hec prelibata predia demere vel temere invadere, aut in proprios uſus redigere preſumpſerit, ſi non ſtatim reſipuerit, ſub tremendi iudicii, dei invocacione et beati petri apoſtolorum principis et ſancte prothomartyris ſtephani, ſanctique laurencii, omniumque ſanctorum atteſtacione, ancipiti perpetue excommunicacionis gladio feriatur, et cum dathan et abyron, niſi digne penituerit, abſorbeatur. Vt huius igitur conſcripti confirmacio in perpetuum rata et inconuulſa permaneat, banni noſtri confirmacione et ſigilli impreſſione corroboravimus, et tam ſecularium quam religioſarum perſonarum ydoneos teſtes annotari conceſſimus, quorum ſunt hec nomina: Dominus hartwigus archiepiſcopus bremenſis, Theodericus magdeburgenſis eccleſie canonicus, Bertoldus abbas ammenſleuenſis, Otto comes, wernerus de velthem, Thidericus de tangermunde, Thidericus de wichmannſtorp, fridericus de anuerdeſleue, Bruno de gerſleue, Benno de ochtmerſleue Aliique complures katholice eccleſie fideles. Acta ſunt hec anno dominice incarnacionis M°. C°. L. III°., Indictione I^a. Datum II. idus aprilis.

Cop. I, fol. 16.

IX. Abt Irminhart ſtiftet gewiſſe Einkünfte für die Erhaltung von Lichten im Kloſter Hillersleben, c. 1153.

Irminhardus, dei gracia hildeſleuenſis cenobii abbas. Notum ſit omnibus tam preſentis quam futuri temporis fidelibus, qualiter ego irminhardus, non mei meriti aſſumpcione, ſed diuine diſpenſationis electione hildeſleuenſis cenobii non ydoneus proviſor deſtinatus, conſenſu, immo hortatu fratrum meorum, ad luminaria eccleſie providenda et acquirenda ſubſcripta bona cum omnibus pertinentibus ſuis quocunque modo provenientibus ad honorem dei et patroni noſtri, criſti martyris laurencii, firmiter et incommutabiliter aſſignavi: manſum et dimidium in maiori druchteſberch, XIII ſolidos ſolventem, in minori druchteſberch dimidium manſum, V ſolidos ſoluentem, in meindorp manſum, ſoluentem VIII ſolidos, in maiori rodenſleue II manſos et dimidium, ſolventes XXV ſolidos, in minori rodenſleue III manſos, XXIII ſolidos ſolventes, in ſemteſweghe VIIII manſos III ſolidos, in keſdre dimidium manſum IIII ſolidos, in ſtenuerde manſum, ſoluentem III ſolidos. Et ut hec noſtra conſtitucio, tam concorditer et racionabiliter collaudata et ordinata, perpetuo ſtabilimine roborata, a quoquam convelli non valeat, Hanc cartam inde conſcribi, ſigillique noſtri impreſſione ſignatam perpetualiter confirmavimus, Vt ſi quis hanc ordinacionem infringere ſeu annichillare preſumpſerit, perpetuo anathemate eterneque lucis privacione multetur.

Cop I, fol. 17.

X. Abt Irminhart bekundet eine dem Kloſter Hillersleben von Hoyer von Mansfeld gemachte Widmung, im Jahre 1153.

Irmynhardus, dei gracia hildeſſleuenſis eccleſie delegatus Abbas, Notum eſſe volumus vniuerſitati Chriſti fidelium, qualiter dominus Hogerus de manefuelde beneficium quoddam in neuedebeke, quod homo ſuus, bernhardus nomine, ſibi voluntarie reſignaverat, pro remedio anime ſue ſueque coniugis cunegundis ſuorumque filiorum, ſed et cunctorum fidelium, deo ſanctoque laurencio in vſum famulorum criſti profuturum, contulerit, quatinus hoc noſtra deinceps eccleſia libere ſine omni contradictione obtineat. Cui eciam noſtre ſocietatis oracionumque communionem conceſſimus, hancque kartam confirmacionis ſigilli noſtre impreſſione roboravimus, quatinus et ipſe apud ſe kartam, noſtraque eccleſia pro monimento inde kartam habeat, Votivaque omnium devocione fratrum ſtatuimus, quatinus poſt obitum eius, coniugis ac filiorum eius in anniverſariis eorum debitum pro defunctis officium cum compulſacione, vigiliarum miſſarumque decantacione perſoluamus. Huic convencioni nobiſcum interfuerunt advocatus noſter comes Otto, prefatus Bernardus, Bruno, Menhardus, Godeſcalcus, Teodoricus, Frithericus, Teodolphus aliique quam plurimi religioſi. Actum hildeſſleue, Anno Domini M°. C°. LIII°., indictione prima.

Cop. I, fol. 24.

XI. Markgraf Albrecht der Bär ſchenkt dem Kloſter Hillersleben das im Herrſchaftsbereiche ſeines Sohnes Otto erkaufte Gut Slautiz, am 18. Januar 1160.

In nomine ſancte et individve Trinitatis, omnibus vniverſalis eccleſie fidelibvs in perpetvvm. Ego Adelbertus, diuina cooperante clementia marchio, tam futurorum quam preſentium ob precauendas execrande auaritie fallacias, notum eſſe cupio ſancte uniuerſitati fidelium, qualiter allodium quoddam, quod emi in balſamis, villam ſcilicet Slautiz, cum ſuis appenditiis et debitis reditibus, ſiluis, pratis, paſcuis, aquarum decurſibus, una cum filio meo ottone marchione, cujus poteſtati ſubjacet, ceterorumque heredum meorum pari conſenſu ſancto Laurentio in Hilleſloue et beate memorie irminbardo abbati, ad perpetuos inibi deo ſeruientium uſus contradidi, et tam nobilium quam miniſterialium meorum ſtabili teſtimonio et veraci confirmatione nec non ſigilli mei impreſſione corroborari precepi. Ad hujus igitur confirmacionem tam nobilium quam aliorum fidelium nomina aſſcribi volui, quatinus omnimoda preſentium tollatur obliuio et futurorum fraudulenta ceſſet oblocutio. Quorum ſunt hec nomina: Odelricus Halberſtadenſis epiſcopus, Walo Hauelbergenſis Epiſcopus, Conradus Camerarius, Rudolphus vicedominus, Hermannus et Gero canonici, Gerardus prepoſitus majoris eccleſie magdeburgenſis, Haeeko decanus, Lodeuigus canonicus, Burchardus comes de ualkenſten, Wernerus comes de ueltem cum filio ſuo Adelberto, Chriſtianus comes de Gardenleue, Theo-

dericus aduocatus, Theodericus de angerm.*), Badericus, Bruno et Haolphus de Gerſloue, Otto de Bardenleue, Euerhardus et Hermannus de plozeko cum ceteris fidelibus. Si quis igitur deinceps quod abſit futurorum vel preſentium hec confirmationis noſtre ſcripta temere infringere temptauerit vel exiguum hoc oblationis noſtre munuſculum ab eccleſia prefati martyris ſancti Laurentii tollere preſumpſerit, nouerit ſe noſtro rogatu ab epiſcopo Halberſtadenſi odelrico cujus auctoritati ſubjacet perpetuo damnatum anathemate ireque Dei omnipotentis et vindicte, ſanctorumque omnium irremediabiliter tam diu obligatum ſubjacere, quousque preſumptionis ſue reatum cognoſcat et omnipotenti Deo prefateque congregatione digne ſatiſfaciat. Data Anno dominice incarnationis M°. C°. LX°, Indictione VIII°. Actum Euendorp, XV. Kal. Februarii, In Dei nomine feliciter Amen.

Nach Gercken's Cod. I, 11. 12.

*) Angermunde nach dem Copialbuche, alſo nicht Angern, wie nach einem Abdrucke dieſer Urkunde in dem Orig. Guelf. II, 483.

XII. Abt Irminhart bekundet einen Tauſch über Beſitzungen mit dem Vogte des Kloſters Dieterich von Wichmannsdorf, am 16. Mai 1162.

In n. ſ. et ind. Tr. omnibus univerſalis eccleſie fidelibus in perpetuum. Ego irminhardus, diuina cooperante clemencia huius hildeſleuenſis cenobii ſecundus abbas dictus, tam futurorum quam preſencium ob precavandas execrande avaricie fallacias, notum eſſe cupimus ſancte vniuerſitati fidelium, qualiter advocati noſtri, thiderici de wichmanſtorp, tum precibus tum minis per ſuos ſuorumque nunctios ſepius ammonitus, vix demum fratribus noſtris acquieſcentibus, molendinum in nentorp, ex toto diritum (ſic!), uxoris eius berchte, cujus hereditatis iuri ſubjacebat, ſtabili conſenſu, cum omnigenis vtilitatibus ſcilicet piſcacionibus, viis et inviis, aquarum decurſibus, uſque ad vadum heddigi uiciſſitudine reciproca, vtriusque partis concordi pace, tam nobilium quam miniſterialium aliorumque teſtimonio fidelium, ſuſcepimus atque ex debitis fratrum noſtrorum ſtipendiis in majori drakenſtede V manſos, VI vero in hac hildeſleuenſi marcha, alio manſo commutatum in arkeſſleue quoque manſum firma aſtipulacione talique condicione, ſcilicet ut qui hoc teſtamentum infringere uoluerit, XX^a^. talenta cum prefati molendini reſtauracionis ſumptu computato reſtituat, tradidimus, atque ſigilli noſtri impreſſione fideliumque teſtimonio confirmauimus, quorum ſunt hec nomina: haolfus et bruno de gerſleue, bernardus cum filio ſuo friderico, geuenardus de meſeberg, meynhardus de wederig, rothardus et ludigerus de haldeſleue aliique quam plures fidelium. Datum anno domini M°. C°. LXII°. Indict. VIIII^a^. Actum Niendorp, XVII. kal. iunii, in dei nomine feliciter amen.

Cop. I, fol. 15.

Anmerk. Dieſe Urkunde gehört wahrſcheinlich in eine frühere Zeit, da Irminhart im Jahre 1162 ſchon zu den Verſtorbenen gehörte. Doch enthält das Copialbuch I, 15 deutlich die obige Jahresbezeichnung, die vermuthlich aus einer Verwechslung mit dem Datum der folgenden Urkunde entſtanden iſt.

XIII. Graf Dieterich von Wichmannsdorf überläßt dem Kloſter Hillersleben eine dem Abt Irminhart vertauſchte Mühle, am 16. Mai 1162.

In n. ſ. et ind. Tr. Univerſalis eccleſie fidelibus in perpetuum. Nos theodericus, Dei gracia Comes de wichmanſtorp, notum eſſe cupimus tam preſentibus quam futuris, quod ab eccleſia hildeſleue temporibus domini irminhardi, abbatis ſecundi loci eiuſdem, regentibus nobis ipſam eccleſiam in advocatie officio, ſub quadam permutationis forma, receptis quibuſdam bonis, V videlicet manſis in drakenſtede maiori, VI in hildeſleue et uno in arxſleue, molendinum in nendorp, quod ad uxorem noſtram berchtam ex parte parentum ſuorum iure hereditario fuerat devolutum, cum omnigenis vtilitatibus, ſcilicet piſcacionibus, viis et inviis, aquarum decurſibus vſque ad vadum heddingi vicciſſitudine reciproca, tam nobilium quam miniſterialium aliorumque teſtimonio fidelium, tytulo proprietatis perpetue, ſecundum quod molendinum prefatum poſſederamus, memorate eccleſie duximus conferendum. Igitur in huius rei robur validum et evidens teſtimonium teſtes ydoneos, quorum nomina ſunt hec: haoldus et bruno de gerſleue, bernardus cum filio ſuo frederico, gheuehardus de meſeberch, meynardus de wederig, rothardus et ludigerus de haldeſleue huic pagine inſcribi fecimus, noſtrique ſigilli impreſſione ipſam decreuimus firmiter roborari. Datum anno Dni. M°. C°. LXII°., Indict. VIIII. Actum nendorp, XVII. kal. iunii, in nomine domini filiciter amen.

Cop. I, fol. 15.

XIV. Biſchof Gardolph von Halberſtadt überträgt die Schirmvogtei über das Kloſter Hillersleben dem Grafen Otto von Grieben, im Jahre 1197.

In nomine ſancte et individve Trinitatis. Gardolfvs, dei gratia Halberſtadenſis epiſcopvs in perpetvvm. Officii noſtri debitum exigit, quatinus ea, que circa eccleſias nobis in anima commiſſas per Dei ordinationem a fidelibus prouide geruntur, noſtre firmitatis munimine contra varios futurorum incurſus adeo roboremus, ut rata jugiter in ſuo vigore conſiſtant ac robore nec ullum contradictionis obſtaculum a malorum temeritate ſentire valeant in futurum. Vnde tam preſentibus quam poſteris notum eſſe volumus, qualiter eccleſia in Hildeſleue ab indebita Berengeri Comitis oppreſſione, qui ipſius loci aduocaciam contra jus et debitum ſibi vendicauerat, importune per dei gratiam fuerit abſoluta. Cum idem Comes in Germerſleue Domino predeceſſori felicis memorie Theodorico Epiſcopo in preſentia venerabilis Domini Wichmanni, ſancte Magdeburgenſis eccleſie Archiepiſcopi, et dilectorum fidelium noſtrorum Bernardi, Ducis Saxonie, de donis Comitis ibidem judicio preſidentis *) et aliorum multorum terre nobilium de injuriis et contemptu ſibi exhibito ſatiſfacturus occurriſſet, predictus Epiſcopus ejus ſa-

*) Dieſen Satz enthält auch das Copialbuch gleichlautend.

tiſſactionem acceptare renuit, quin prius Hildeſleuenſi eccleſie priuilegium, quod violenter ipſe rapuerat, in preſenti reſtitueret coram omnibus exhibendum, quod cum ab ipſo Comite reſtitutum et in omnium fuiſſe audientia prelectum, dictante principum et Baronum terre et omnium ibi collectorum communi ſententia, per ipſius priuilegii teſtimonium omnis juriſdictio, quam in loco predicto ſibi violenter uſurpauerat, abjudicata fuit eidem et ipſe cum uxore ſua Berta et Ottone, filio legitimo, herede ſuo, omni prorſus actioni, quam contra eccleſiam hactenus habuerat, abſolute renunciauit. Cum igitur adhuc eo vivente et aliquanto tempore poſt ejus obitum Aduocato caruiſſet monaſterium memoratum, nos prouida conſideratione penſantes, quis eidem tutor utilis prefici poſſet et ydoneus, mediante prudentum conſilio dilectum filium noſtrum Abbatem et fratres ſuos qui ſecundum priuilegii ſui tenorem aduocatun eligendi liberam facultatam habebant, ad hoc induximus, quod Ottonem Comitem de Gribene, predicti Berengeri Comitis filium, pro noſtra petitione et conſilio ſibi elegerint Aduocatum ſub hac forma, quod ſi forte eccleſie vel hominibus ad eam pertinentibus grauis et importunus exiſteret, in abbatis et fratrum eſſet arbitrio et poteſtate nobis adhibitis et conſultis eo remoto quemlibet alium in loco ejus ydoneum et utilem ſubrogare. Aduocatiam itaque predictam ipſi Comiti in anima ſua et peccatorum remiſſione commiſimus in hunc modum, quod coram nobis et multis aliis teſtibus ydoneis omni penitus actioni, quam in qualicunque contra eccleſiam videtur habere, ſimpliciter et abſolute renuncians in verbo fidei promiſit, quod nulla unquam occaſione ſollicitaret aut moleſtaret idem Cenobium neque preter voluntatem abbatis et conſenſum exactionem ſeu petitionem in ipſa aduocatia faceret, ſed locum eundem et homines ad eum pertinentes pro anime ſue remedio ſpe remunerationis diuine protegeret in omnibus et foueret, Ceterum ut eccleſia ſepedicta indulgentia et libertate in veteri priuilegio ſibi conceſſa quiete gaudeat in perpetuum et ut hujus noſtre conſtitutionis ordinatio rata jugiter et inconuulſa permaneat banni noſtri confirmatione roboramus et preſentem paginam inde conſcriptam ſigilli noſtri impreſſione communimus. Qui autem auſu temerario eam calumpniari ſeu violare preſumpſerit, ſub invocatione tremendi examinis dei apoſtolorum petri et pauli et omnium ſanctorum atteſtatione excommunicationis perpetue vinculis innodamus. Teſtes hujus facti ſunt Volradus Hildenſleuenſis abbas, Conradus Halberſtadenſis eccleſie major prepoſitus, Wernerus decanus, Borchardus de Sladem archidiaconus in Iſleue. Laici: Henricus Comes de Regenſten, Sifridus Comes de Blankenborch, frater ejus, Bruno de Jerſleue, Bruno de Wellen, Wipertus de Euendorp, Marquardus et Albertus de Olluenſtede, Geuehardus de Aluenſleue, Heinricus de Eilenſtede, Theodericus de Someringen, Otto de Wederingen, Ecgehardus de Oſterhuſen, Ludolfus de Colbiz, Borchardus de Stenuorde, Bernhardus de Hildeſleue et alii quam plures. Acta ſunt hec in Euendorp, preſidente ibidem judicio Ottone, Comite de Valkenſten, anno dominice incarnationis M°. C°. XC°. VII°., preſidente ſancte romane eccleſie Celeſtino Papa tertio, noſtre conſecrationis anno quarto.

Gerden's Cod. I, 13—16.

XV. Lehnbrief für den Grafen Otto von Grieben wegen der Schirmvogtei des Kloſters Hillersleben, vom Jahre 1197.

In nomine ſancte et individve trinitatis. Ego Gardolfus, dei gratia Halberſtadenſis Epiſcopvs, omnibus vniverſalis Eccleſie fidelibus in perpetvvm. Omne negocium munit auctoritas teſtium et litterarum, ne poſteris veniat in dubium, quod a preſentibus fuerit inſtitutum. Vnde tam preſentibus quam futuris notum eſſe volumus, quod diutinam contentionem inter Abbatem de Hildeſleue et Comitem Berengerum de aduocatia ejusdem loci habitam eo ordine ſopiuimus, quod filius ejus Comes Otto juri, quod ſibi pater ſuus in eadem eccleſia violenter vendicauerat, coram nobis in preſentia multorum per omnia renunciauit. Abbas quoque ſecundum tenorem priuilegii ejusdem eccleſie in eligendo aduocato liberam habens facultatem ad conſilium et petitionem noſtram cum conuentu ſuo predictum Comitem Ottonem ſibi elegit aduocatum et nos eum, ſicut ad nos pertinuit eadem aduocatia inbeneficiauimus ſub ea forma et pactione, ut ipſe modum juris et antique conſuetudinis, quam eccleſia illa in bonis ſuis habuit non excedens aduocatiam tantum per ſe procuraret, ut nec obtentu muneris vel alicujus obſequiis partem aduocatie ſeu in villis ſeu in manſis unquam alicui hominum in beneficio conferret, unde grauamen et incommodum eccleſia in poſterum eſſet habitura. Vt hujus igitur actionis noſtre confirmatio in perpetuum rata et inconuulſa permaneat banni noſtri confirmatione et ſigilli impreſſione corroborauimus et qui eam calumpniari ſeu violare preſumpſerint, ſub tremendi judicis dei inuocatione et beatorum apoſtolorum Petri et Pauli, ſancti Stephani ſanctique Laurentii omniumque ſanctorum atteſtatione perpetue excommunicationis gladio feriantur et cum Dathan et Abyron abſorbeantur. Huic actioni teſtes intererant: Conradus, Halberſtadenſis eccleſie major prepoſitus, Wernerus, Decanus, Heinricus et Sifridus, Comites de Regenſten, Geuehardus de Aluensleue, Heinricus de Eilenſtede, Theodoricus de Sumeringe, Otto de Wedinge, Ekehardus de Oſterhuſen, Liudolfus de Kolbiz, Burchardus de Stenvorde, Bernardus de Hildeleue aliique quam plures tam clerici quam laici catholice eccleſie fideles pro teſtimonio veritatis retributionem eternam apud Deum indubitanter obtinentes.

Gercken's Cod. I, 17. 18.

XVI. Papſt Innocenz III. beſtätigt das Kloſter Hillersleben, am 18. März 1199.

Innocentius epiſcopus, ſervus ſervorum dei, Dilectis filiis Abbati et Conventui monaſterii de hildeſleue, ordinis ſancti Benedicti, halberſtadenſis dyoceſis, ſalutem et apoſtolicam benedictionem. Sacroſancta romana eccleſia deuotos et humiles filios ex aſſuete pietatis officio propenſius diligere conſueuit et ne pranorum hominum moleſtiis agitentur, eos tanquam pia mater ſue protectionis munimine confovere. Ea propter dilecti in domino filii, veſtris iuſtis poſtulacionibus grato concurrentes aſſenſu, perſonas veſtras et monaſterium, in quo divino eſtis obſequio mancipati,

cum omnibus bonis, que in preſentiarum rationabiliter poſſidetis, aut in futurum iuſtis modis preſtante domino poteritis adhipiſci, ſub beati petri et noſtra protectione ſuſcipimus. Specialiter autem terras, vineas, poſſeſſiones et alia bona veſtra, ſicut ea omnia iuſte ac pacifice poſſidetis, vobis et per vos monaſterio predicto auctoritate apoſtolica confirmamus et preſentis ſcripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtre protectionis et confirmacionis infringere vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare preſumpſerit, indignationem omnipotentis dei et beatorum petri et pauli apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Datum lugduni, XV. kal. aprilis, pontificatus noſtri anno ſecundo.

Cop. I, fol. 3.

XVII. Biſchof Friedrich von Halberſtadt beſtätigt das Kloſter Hillersleben und übernimmt die Schirmvogtei deſſelben, im Jahre 1214.

In nomine ſancte et indiuidue Trinitatis. Fredericus, dei gracia ſancte Halberſtadenſis eccleſie epiſcopus, omnibus criſtifidelibus hanc paginam inſpecturis ſalutem in Domino. Quecunque ad laudem et gloriam nominis Jeſu Criſti et ad commodum eccleſiarum, ubi nomen eius iugiter inuocatur, a venerabilibus dominis predeceſſoribus noſtris huius ſancte Halberſtadenſis eccleſie epiſcopis invenimus ordinata, iuſtum eſt et racioni conſentaneum, ut et geſtis eorum favorem benivolum impendamus et que pie feciſſe noſcuntur contra varios futurorum incurſus noſtre firmitatis robore muniamus. Ea propter libertatem illam et graciam, quam venerabiles domini anteceſſores noſtri Herrandus et Reinhardus epiſcopi, Cenobio hildeſleuenſi et fratribus inibi Domino famulantibus impenderunt, ut gracie ipſorum noſtram et confratrum noſtrorum, maioris eccleſie noſtre canonicorum, ſuperaddamus graciam et favorem, ad inſtanciam dilecti in criſto filii noſtri, Ceſarii, eiusdem Cenobii abbatis, confratrumque ſuorum, quos ſincera diligimus caritate, duximus innovandam et preſentis ſcripti privilegio, tribus ſigillis, noſtro et eccleſie noſtre necnon ipſius hildeſleuenſis eccleſie inſignito, teſtibus adhibitis, inviolabiliter muniendam, ne id, quod per nos provida deliberatione ſtatutum eſt, predictarum eccleſiarum accedente conſenſu, novis ſupervenientibus valeat in poſterum retractari. Sane ſicut ex privilegio jam dicti reinhardi epiſcopi nobis conſtitit, quod vidimus et perſpeximus diligenter, bone memorie henrandus epiſcopus peticione Aldeſindis, neptis ſue, filiorumque eius Bodonis, Widekindi, Guncelonis et Bernardi ipſum locum, anno domini incarnationis MXC. VI. ex ordine clericali in religionem monaſticam transmutavit, ſecundum ordinem Ilſeneburgenſem, quos religioſiores in ipſo cenobio reperit, inibi conſtituens, decimam duodecim manſorum, in eiusdem ville marcha adiacentium, pro remedio anime ſue, anteceſſorum ſucceſſorumque ſuorum eidem loco conferens, banni ſui munimine ſtabilivit. Cum vero longo poſt tempore Dominus Reynhardus epiſcopus ad regimen huius eccleſie ſancte Halberſtadenſis divina favente clementia vocaretur et paſtor legitimus preſideret, Dominus Milo, comes, ipſam eccleſiam beati Laurentii de voluntate uxoris ſue Luithpurge ipſius omniumque heredum ſuorum conſenſu ob peticionem conſiliumque jam dicti epiſcopi liberam

deo et ſancto petro rome contulit cum prediis omnigenisque redditibus eidem eccleſie attinentibus, quatinus inibi deo ſervientibus, quibus eciam Ilſeneburgenſem priorem aluericum abbatem primum prefecit, nec ſpiritalis nec ſecularis, ſed nec quilibet heredum aliqua gravamina ſeu privatas conſuetudines et iura in perpetuum ingerat aut exigat, ſed rome duntaxat in ſignum ſubiectionis ab ipſo loco corporale eidem apoſtolice ſedi annis ſingulis perſoluatur. Porro advocaciam domino miloni ea racione conceſſit, ut inter filios ſuos filiorumque filios et deinceps poſteros ceteros, ex maſculino ſexu natos, obtinere deberet. Quodſi in poſteritate heredum maſculinus ſexus deficeret, ſicut manifeſte iam defeciſſe dinoſcitur, ſtatuit ut poteſtas eligendi advocatum in ius abbatis fratrumque rediret. Hec autem et alia, que de libera electione abbatis et de ipſius deſtitutione, ſi dilapidator inveniretur et everſor et plura, que ad preſens pertinere negocium non videntur, que ad illius eccleſie commodum noſcitur ordinaſſe, que in ſuo privilegio expreſſius continentur, adhibitis teſtibus ydoneis, banni ſui munimine valide ſtabilivit, precipiens ea firmiter obſervari, que nos non ſolum ob eius et iuris reverenciam duximus approbanda, immo eciam in meliorem ſtatum et ad majus predicte eccleſie commodum perducenda. Vnde quia advocati, ut opera eorum enormia demonſtrant manifeſte, magis eccleſias diſturbare, quam patrocinari eiſdem iam multo tempore conſueuerunt et in arcum prawum conuerſi earum raptores et everſores exiſtunt, et quarum ſi ſaperent patroni eſſe deberent, et uſque ad ſanguinis effuſionem eas quo accinguntur gladio defenſare, nos contra morbum illum, qui heu nimis invaluit, medelam et curam quamcunque ſero duximus adhibendam ſub noſtram protectionem predictam ſuſcipientes eccleſiam cum omnibus attinenciis rebus et perſonis et de conſilio fratrum noſtrorum, maioris eccleſie noſtre canonicorum, quorum hic nomina precepimus ſubnotari et de predicti abbatis peticione et pleniſſima uoluntate et conſenſu conventus ſui nobis in omnibus affavente, provide ſtatuentes, ut predicta advocatia in noſtra noſtrorumque ſucceſſorum maneat in perpetuum poteſtate, jta ut neque nos neque noſtri ſucceſſores auctoritatem aliquam deinceps habeamus ipſam alicui in feodo porrigendi, ſed in noſtra eorumque manu nullo mediante maneat in ſecula ſeculorum, amen. Verum quia diverſi caſus frequenter emergunt, et in omnibus preſentes eſſe non poſſumus, hanc predicto abbati ſuisque ſucceſſoribus graciam duximus conferendam, ut ſi ipſe vel eccleſia ſua neceſſarium habuerit mundiburdium, ſive eum, qui cauſas iudicet incidentes, de licentia noſtra talem ſibi eligat et ſtatuat, qui cauſas ſanguinis ſive furti in eo neceſſitatis articulo, vbi nos non poſſumus habere, iudicet vice noſtra, Saluo tamen et conſeruato nobis in omnibus iure noſtro. Huius autem ordinationis racionabilis et honeſte teſtes ſunt vniuerſi maioris eccleſie noſtre canonici, quorum hic nomina continentur, Burchardus, decanus, Otto de tobin, Anno, cellerarius, Almarus, ſancti Pauli prepoſitus, Conradus, herfordenſis prepoſitus, Arnoldus de ſcherenbeke, Meynhardus de kranicfelt, Burchardus de wartperch, Wolterus de arneſtein, Bertoldus de Lichowe, Bernhardus, vicedominus, Conradus, ſancte Marie prepoſitus, Ludolfus de ſladen, Heynricus, camerarius, Gardolffus, advocati filius, Arnoldus, ſcolaſticus, Conradus, archidiaconus origentalis, Magiſter Jo., Albertus de cruceburg. Layci vero nobiles Sifridus de blankenborg, Wernerus de amvorde, Wernerus de lichtenburh, Wernerus de ſuſeliz, Hugoldus de ſcherenbeke; Miniſteriales autem Geuehardus de alvenſleue, dapifer noſter, Jo. de gaterſleue, Anno de eyllenſtide, Henricus de cereninge, Thidericus, marſchalcus noſter, at alii quam plures. Acta ſunt hec anno dominice incarnationis M°. CC°. XIIII°., Indict. XV. preſidente ſancte romane eccleſie papa innocentio huius nominis III°. Ut igitur hec ordinacio ſemper maneat inconvulſa et a poſteritate ſana et integra conſervetur, hanc paginam inde conſcribi et

tribus ſigillis, ut premiſimus, fecimus inſigniri ſub interminacione anathematis diſtrictius inhibentes, ne quis ea infringere vel immutare preſumat. Si quis autem ſuadente dyabolo hoc attemptare preſumpſerit, indignacionem dei omnipotentis et beatorum apoſtolorum petri et pauli et noſtri anathematis ſe noverit incurſurum. Datum Halberſtadt, per manum Thiderici notarii noſtri. Anno conſecrationis noſtre IIII°.

Cop. I, fol. 1.

XVIII. Das Kloſter Colebek verkauft eine Hufe in Evendorf dem Kloſter Hillersleben, am 17. April 1220.

In nomine ſancte et indiuidue trinitatis. Escelinus, dei gracia prepoſitus et totus conventus in Colebeke criſti fidelibus vniuerſis preſentibus et futuris. Recognoſcimus et preſenti pagina proteſtamur, quod nos manſum quendam in Euendhorp ſitum, noſtre eccleſie pertinentem iure proprietatis, vendidimus domino abbati et monaſterio in hildeſleue pro duodecim marcis argenti de communi conſilio et conſenſu, quas in uſum et vtilitatem eccleſie noſtre redegimus, redimentes ex eis quedam bona noſtra propter urgentes neceſſitates noſtras et eccleſie noſtre inpignorata a nobis. Renunctiamus igitur omni iure, quod habuimus in manſo prefato et ne in poſterum oblivione aut verſucia alicuius poſſit aliquod impedimentum ſupra ſcripte vendicionis noſtre factum ſortiri, preſentem paginam teſtium ſubſcriptione et ſigilli noſtri impreſſione firmatam monaſterio dedimus memorato. Teſtes huius rei ſunt Johannes, Albertus, Arnoldus, Euerwinus, Conradus, Heydenricus, ſacerdotes; Fridericus, Thomas, Germarus, Balduwinus, diaconi, duo Conradi, ſubdiaconi, fratres eccleſie noſtre. Actum anno dominice Incarnacionis M°. CC°. XX°., XV°. kal. Maii.

Cop. I, fol. 23.

XIX. Papſt Honorius III. beſtätigt dem Kloſter Hillersleben Beſitzungen und Freiheiten, am 29. Mai 1220.

Honorius, epiſcopus, ſervus ſervorum dei, Dilectis filiis abbati et conuentui monaſterii hideſleuen ſalutem et apoſtolicam benedictionem. Sacroſancta Romana eccleſia devotos et humiles filios ex aſſuete pietatis officio propenſius diligere conſueuit et ne pravorum hominum moleſtiis agitentur, eos tanquam pia mater ſue protectionis munimine confovere. Ea propter, dilecti in domino filii veſtris iuſtis precibus inclinati perſonas et monaſterium veſtrum, in (quo) diuino eſtis

obſequio mancipati, cum omnibus bonis, que in preſenti rationabiliter poſſidetis, aut in futuro iuſtis modis preſtante Domino poteritis adipiſci, ſub beati petri et noſtra protectione ſuſcipimus, ſpecialiter autem uillas cruzezhe, woltwi, bozezhe et putgorize, In dollen uero eccleſiam cum quatuor manſis, In mesberghe VIII manſos et dimidium et eccleſiam cum duobus manſis, In ſemtesweghe VIII manſos, In valdorp VI manſos, In gheroldeſtorp VIII manſos, In euendorp VIII manſos, In wiſſemengere III manſos, In oſterhuſen III manſos et dimidium et unum pratum, In howersleue XIII manſos, In hogremeſtorp IIII, In irkeſleue duos, In ſnardeſleue vnum et dimidium, In meyndorp vnum manſum, In minori wellen duos, In ochmerſleue vnum, In minori rodenſleue IIII^{or} et dimidium, In domerſleue XVI, In peſekendorp vnum, In emeringhe VII, In majori rodenſleue XIIII^{or} et dimidium, In drakenſtede decem, In druchtesberghe III et dimidium, In minori druchtesberg dimidium manſum, In dodendorp vnum, In gropendorp III, In emmede duodecim manſos et IIII^{or} iugera, In vlechtigh II manſos et octo iugera, In ſtenvorde vnum, In wederigh manſum et dimidium, ac medietatem uille de ſmervelde. Libertates quoque et immunitates, a regibus et principibus et aliis fidelibus ipſi monaſterio pia et provida deliberatione collatas, ſicut ea omnia iuſte ac pacifice obtinetis, vobis et per vos monaſterio veſtro auctoritate apoſtolica confirmamus et preſentis ſcripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtre protectionis et confirmationis infringere vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare preſumpſerit, indignacionem omnipotentis dei et beatorum petri et pauli apoſtolorum eius ſe noverit incurſurum. Datum laterani, IIII. kal. junii, pontificatus noſtri anno quinto.

Cop. I, fol. 3.

XX. Papſt Honorius III. beſtätigt die biſchöfliche Urkunde vom Jahre 1214 dem Kloſter Hillersleben, am 5. Mai 1221.

Honorius Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, dilectis filiis Abbati et Conventui Monaſterii Hildeſleuen ſalutem et apoſtolicam benedictionem. Sacroſancta Romana eccleſia devotos et humiles filios ex aſſuete pietatis officio propenſius diligere conſuevit, et ne pravorum hominum moleſtiis agitentur, eos tanquam pia mater ſue protectionis munimine confovere. Ea propter, dilecti in domino filii, veſtris iuſtis precibus inclinati, perſonas veſtras et locum, in quo divina eſtis obſequio mancipati, cum omnibus bonis veſtris, que in preſenti rationabiliter poſſidetis aut in futuro iuſtis modis preſtante Domino poteritis adipiſci, ſub Sancti Petri et noſtra protectione ſuſcipimus. Specialiter autem libertates et immunitates vobis et monaſterio veſtro a bone memorie H.*) et R. ac a venerabili fratre noſtro, Halberſtadenſibus epiſcopis, loci dyoceſanis, ac etiam a clare

*) Dieſen Buchſtaben lieſt man nicht mit Deutlichkeit; er iſt im Copiale durch Näſſe faſt verloſchen; — wahrſcheinlich ſoll er aber den Biſchof Herrand von Halberſtadt bezeichnen.

memorie Comite Hildeſleuenſi, eiuſdem monaſterii fundatore, conceſſas, nec non ius advocatie, quod idem comes monaſterio in proprium conceſſit, poſſeſſiones et alia bona, pia vobis fidelium devotione collata, vel alias ad vos iuſto tytulo pertinentia ſicut ea omnia iuſte ac pacifice obtinetis, et in autentico inde confecto plenius continetur, vobis et per vos eidem monaſterio veſtro, auctoritate apoſtolica confirmamus, et preſentis ſcripti patrocinio communimus. Ad rei autem evidentiam pleniorum tenorem ipſius autentici de verbo ad verbum preſentibus duximus inſerendum, Qui talis eſt: (Siehe No. XVII.) Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtre confirmationis infringere vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare preſumpſerit, indignacionem omnipotentis dei et beatorum petri et pauli apoſtolorum eius ſe noverit incurſurum. Datum laterani, III Non. Maii, pontificatus noſtri anno Quinto.

Cop. I, fol. 1.

XXI. Abt Cäſarius acceptirt eine Schenkung Haold's von Angern für das Kloſter Hillersleben, am 25. Juli 1232.

In nomine ſancte et individve trinitatis. Ceſarius, dei gracia hildeſleuenſis eccleſie abbas in perpetuum. In fuga eſt ſtatus mundi huius et temporis, nimirum et in incerto fluctuat omnis actio temporalis. Ne itaque quod geritur in tempore ſimul evaneſcat cum tempore, oportet ſcripture firmamento poſterorum memorie commendari. Noverint igitur vniuerſi tam preſentes quam poſteri, quod conventus noſter quatuor libras argenti ab haoldo milite de angern, cognato noſtro, oblatas et ad communem fratrum conſolacionem deputatas ad quoſdam redditus, quos prius eccleſia non habuerat, in Wederinge comparandos nobis aſſignavit. Nos autem ipſorum devocioni reſpondentes pro anime noſtre remedio chorum ſiliginis, qui de allodio in meſberge ſoluitur, quem a marquardo tribus marcis, eccleſie litone, redemerunt, et duos manſos, in maiori rodenſleue ſitos, ad fratrum infirmorum ſolacium deputavimus ſtatuentes, vt quicquid de proventibus eorundem tam in annona quam in pecunia, porcis et aliis utilitatibus annis ſingulis haberi potuerit, ad vſus fratrum infirmorum neceſſarios impendatur. Decrevimus preterea vt deliberato conſilio fratres ſibi proviſorem vnum ex ipſis in bonis procurandis eiſdem eligant, qui, ſi negligens et invtilis exſtiterit, ipſum removendi et alium in loco eius ydoneum ſubrogandi liberam habeant facultatem. Porro nobis noſtriſque ſucceſſoribus ius advocacie bonorum ipſorum liberam reſervamus, pro eo precipue, ut noſtri ſucceſſores iuris ac debiti neceſſitate compulſi ad tuicionem proventuum predictorum operam adhibeant efficacem. Ceterum ne huic ordinacioni noſtre racionabili quiſquam auſu temerario contraire preſumat dei omnipotentis auctoritate noſtrique anathematis interminacione diſtrictius inhibemus. Acta ſunt hec VIII. kal. Auguſti, anno domini M°. CC°. XXXII°., Indictione V^a^, abbacie noſtre XXVII. Huius rei teſtes ſunt: Thidericus, prior, hinricus, cuſtos, burchardus, cantor, hermannus de bornſtede, arnoldus de magdeburch, hermannus. Milites vero prefatus haoldus de angern, gerbertus de ammenſleue, heydenricus de wederige, geroldus de hildeſleue. Ad maiorem denique tocius ſecuritatis cautelam hanc paginam inde conſcriptam tam noſtro quam eccleſie noſtre ſigillo fecimus roborari.

Cop. I, fol. 19.

XXII. Biſchof Friedrich von Halberſtadt leiſtet im Gerichte zum Stein zwiſchen Regenſtein und Langenſtein dem Kloſter Hillersleben wegen ſeiner Vogtei gegen den Grafen Ulrich von Regenſtein rechtliche Gewehr, am 29. September 1232.

Fredericus, dei gracia Halberſtadenſis Epiſcopus, omnibus hoc ſcriptum audituris Salutem in domino. Notum ſit omnibus, quod cum in quodam placito eſſemus apud lapidem inter Langenſten et Regenſten cum dilecto filio Abbate de hildeſleue contra nobilem virum Olricum, filium comitis heinrici de Regenſten, qui advocaciam dicti monaſterii petebat ab abbate predicto, nos ſuper ipſa aduocacia warandiam preſtitimus abbati et monaſterio memoratis et preſtamus, quouſque per iuſtitiam euincatur a nobis. Huic autem facto interfuerunt Meinardus, maior prepoſitus, Anno, decanus, Albertus, cellerarius, Burchardus, uicedominus eccleſie noſtre, Johannes de Gaterſleue, Hinricus de Gaterſleue, Heinricus de Zeringen, Heinricus de Eilenſtede, Bruno et Daniel de Aſpenſted et alii quam plures. Acta ſunt hec anno gracie M°. CC°. XXXII°., in die michaelis. Et ne quis hoc dubitet, preſentem paginam dicto abbati et monaſterio in teſtimonium erogamus.

Cop. II, fol. 25.

XXIII. Schiedsrichterliche Ausſöhnung des Kloſters Hillersleben mit dem Grafen Ulrich von Regenſtein, vom 29. November 1246.

Nos Cono de diepholt et Gherhardus, halberſtadenſis eccleſie canonici, Sifridus, Comes de Regenſten et wernerus, nobilis vir de Suſelicz, Omnibus hanc paginam inſpecturis uolumus eſſe notum, quod cum inter Abbatem de hildeſſleue et comitem vlricum de regenſten ſuper quibuſdam dampnis, eccleſie in hildeſleue ab ipſo illatis, queſtio verteretur, Ipſi Abbas et Comes noſtro ſe arbitrio ſuper hiis totaliter ſubmiſerunt. Nos vero conſenſum vtriuſque partis habentes, taliter arbitrando duximus ſtatuendum, Comes vlricus in reſtaurum dampni illati dabit eccleſiam in wederinghe cum omni vtilitate et iure et cum advocacia eccleſie in hildeſleue de conſenſu heredum ſuorum infra quatuordecim dies perpetualiter poſſidendam, et expediet eam omni inpedimento, ſi quod eſt, uſque ad octavam pentecoſtes proxime nunc venturam. Quod ſi forte facere non poterit, ex tunc de condigno reſtauro arbitrio noſtro ſtabit. Dominus Abbas debet eſſe bonus amicus Comitis Vlrici de omni actione preterita, et ipſe comes ſuus e contra. Item ipſe comes faciet reſtitui duos equos et farinam et bracium, que nuper eccleſie abbata fuerunt, recipiet et Tydericum, ſeruientem abbatis, in graciam ſuam et amicitiam priſtinam, ſicut prius. Item de via alla (ſic!), de qua inter eccleſiam in ammenſleue et eccleſiam in hildeſleue diſcordia eſt, Dominus abbas de hildeſleue reſtituetur poſſeſſioni ſue, et reſpondebit ad iuſticiam, ſi quis ipſum ſuper ea voluerit impulſare. Hec omnia infra quatuordecim dies fieri ſtatuimus, ſed de expedicione eccleſie in wederinghen, ſi alicubi impedita eſt,

fiat uſque ad predictum terminum. Alioquin ſi arbitrio noſtro utrobique non ſteterint, ex tunc eam ſic et in eo ſtatu, in quo nunc eſt et omnis actio ſicut preſens. Si uero aliquis ex nobis arbitris medio tempore moritur vel exierit terram, alius aſſumetur. Et in hunc modum ipſos fecimus concordare, ita quod Comes Olricus erit omni modo eccleſie in hildeſleue fauorabilis et benignus: et ne in poſterum ſuper hiis alicuius diſcordie ſcrupulus oriatur, hanc paginam noſtris et abbatis et comitis ſigillis fecimus roborari. Actum halberſtad anno domini M°. CC°. XLVI°., III°. kal. Decembris. Nos hermannus, dei gracia prepoſitus, arnoldus, decanus, totumque halberſtadenſis eccleſie Capitulum continenciam huius pagine gratam et ratam habemus et hoc per appenſionem ſigilli eccleſie noſtre fideliter proteſtamur.

Cop. II, fol. 24.

XXIV. Graf Ulrich von Regenſtein läßt das Kloſter Hillersleben in den Beſitz der Kirche zu Wederingen einweiſen, im Dezember 1246.

Honorabili viro Domino abbati de ammenſleue olricus, dei gracia comes de Regenſten cum dilectione ſincera ſalutem. Recognoſco fideliter et proteſtor, quod ego cum uxore mea et pueris meis contuli eccleſiam in wederig cum omni vtilitate et iure et cum aduocatia eccleſie in hildeſleue perpetualiter poſſidendam in reſtaurum dampni, quod per me ipſi eccleſie eſt illatum. Vnde diſcrecionem veſtram rogo attente, quatenus, aſſumpto domino conrado milite de uilla ueſtra, dominum abbatem de hildenſleue in corporalem poſſeſſionem dicte eccleſie inducatis, ciuibus auctoritate mea mandantes, ut ſibi in omnibus obaudiant tanquam michi.

Cop. I, fol. 21.

XXV. Biſchof Volrad von Halberſtadt erklärt ſich damit einverſtanden, wenn dem Abte zu Hillersleben biſchöfliche Inſignien beigelegt werden ſollten, am 1. Juni 1246.

Nos volradus, dei gracia halberſtadenſis epiſcopus, dilecti nobis in Chriſto abbatis de hildeſleue precibus inclinati, indulgemus, quod inſigniis, ſi que forte a ſede Romana obtinuerit, in dyoceſi noſtra loco et tempore debito poſſit vti, hoc in hiis literis proteſtamur. Datum halberſtad, kal. junii.

Cop. I, fol. 23.

XXVI. Papſt Innocenz IV. ertheilt dem Abte zu Hillersleben gewiſſe biſchöfliche Rechte, am 5. Dezember 1246.

Innocentius, epiſcopus, ſeruus ſeruorum dei, venerabili fratri archiepiſcopo maguntinenſi ſalutem et apoſtolicam benedictionem. Dignum te inter ceteros eccleſiarum prelatos ſpeciali ſedis apoſtolice gracia reputantes, tuis ſupplicationibus inclinati, fraternitati tue concedendi dilecto filio, abbati monaſterii de hildeſleue, halberſtadenſis dyoceſis, (mitre) annuli, cyrothecarum, ſandaliorum, dalmatice ac tunice vſum, nec non facultatem benedicendi pallas altarium et tam leuitica quam ſacerdotalia ueſtimenta, et largiendi benedictionem ſuper populum more pontificum finitis miſſarum ſolempniis et veſpertinis officiis in precipuis eiuſdem monaſterii feſtiuitatibus tribuimus auctoritate preſencium poteſtatem. Datum Lucdunis, nonas decembris, pontificatus noſtri anno primo (1243).

Cop. I, fol. 22.

Anmerkung. Dieſe Urkunde iſt in dem Copial zum zweiten Mal vorhanden, indem ſie nämlich dem folgenden erzbiſchöflichen Schreiben eingereiht iſt. Sie enthält aber in der zweiten Abſchrift die Schlußworte richtig dahin verändert: Datum lugdunis, nonis decembris, pontificatus nostri anno quarto (1246). (Siehe Urk. No. XXVII.)

XXVII. Der Erzbiſchof von Mainz beſtätigt dem Abte zu Hillersleben die päpſtlichen Zugeſtändniſſe, am 12. Juni 1247.

S., dei gracia Sancte maguntinenſis Sedis archiepiſcopus, Sacri imperii per Germaniam archicancellarius, dilecto in criſto abbati monaſterii in hildeſleue, halberſtadenſis dyoceſis, ſalutem et ſinceram in domino karitatem. Literas domini pape recepimus in hunc modum: Innocencius etc. (Urk. No. XXVI.)

Igitur ut et decora filia jheruſalem tam fidelibus quam infidelibus terribilis appareat, ut caſtrorum acies ordinata eccleſia militans uariis frequencius inſignitur tytulis dignitatum, per quas tamquam ornata monilibus et circumamicta varietate venuſtatem preferat uirtutum illuſtrium eccleſie triumphantis, Quod que tandem habebit in re, in ſpecie gerere ſe oſtendens ueritatem indicet per figuram; Quare Sedes apoſtolica mater eccleſiarum omnium et magiſtra, eccleſias alias tanquam adoleſcentulas ſuas honorum inſigniis libenter adornat, pro meritis ſingularum. Ea propter devotis tuis precibus inclinati vſum mitre, annuli, cyrothecarum, ſandaliorum, dalmatice ac tunice, nec non facultatem benedicendi pallas altarium et tam levitica quam ſacerdotalia ueſtimenta et in precipuis tui monaſterii feſtiuitatibus tam foris quam intus finitis miſſarum ſolempniis ac officiis veſpertinis tibi tuiſque ſucceſſoribus in perpetuum auctoritate apoſtolica duximus concedendum. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtre conceſſionis infringere aut ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare preſumpſerit, indignacionem omnipotentis dei et beatorum petri et

pauli, apoſtolorum eius, ſe nouerit incurſurum. Datum Fulde, pridie idus junii, anno domini M°. CC°. XLVII°., pontificatus noſtri anno ſeptimo decimo.

Cop. I, fol. 22.

XXVIII. Erzbiſchof Gerhard von Mainz beſtellt den Abt des Kloſters Hillersleben zugleich zum Abte in Ilſenburg, am 4. Juni 1254.

Gerhardus, dei gracia Sancte Maguntinenſis ſedis Archiepiſcopus, Sacri Imperii per Germaniam Archiepiſcopus (Archicancellarius?) viſitacionis officium auctoritate ſedis apoſtolice ac etiam metropolitana in ciuitate et dioceſi Halberſtadenſi miniſtrantes, cum de prouidencia et dilectione in criſto Gheuehardi, abbatis monaſterii in hildeſleue, eiuſdem dioceſis, Ordinis ſancti Benedicti, laudabile teſtimonium recepiſſemus a pluribus fide dignis, Abbaciam in Ilſeneborch Monaſterii eiuſdem ordinis et dioceſis, ad quam noſcitur per arbitrium inſtitutus, quod ſpes eſt, quod ipſum monaſterium, in temporalibus et ſpiritalibus collapſum, per eius prouidenciam valeat ſalubriter reformari, eidem abbati de prudentum virorum conſilio auctoritate viſitatoria iam dicta duximus cum altera commendandam, ſic quod ipſe utriſque, ſicut hactenus, per ſex annos nunc inſtantes licite preeſſe valeat, Non obſtante ſtatuto conſilii Maguntinenſis, et ut medio tempore ipſum monaſterium in Ilſeneborch ad ſtatum priſtinum et debitum reuertatur, Ipſe quoque deliberet, apud quodnam ipſorum maluerit hoc elapſo termino alio poſtpoſito permorari. In cujus facti teſtimonium et debitam firmitatem noſtras has litteras, ſigillo noſtro munitas, eidem abbati duximus tribuendas. Datum halberſtad, anno domini M°. CC°. LIIII°., II. Non. Jun., pontificatus noſtri anno tercio.

Cop. II, fol. 25.

XXIX. Das Capitel S. Pauli zu Halberſtadt verkauft dem Kloſter Hillersleben Zehnthebungen in Wederingen und Steinfurth, am 21. April 1255.

Hermannus, dei gratia prepoſitus totumque capitulum ſancti pauli in halberſtad in perpetuum. Ne cum tempore tranſeant, que fiunt in tempore, ſcriptis ſolent et teſtium ſubſcriptionibus roborari. Ea propter notum facimus tam preſentibus quam futuris criſtifidelibus vniuerſis, quod nos decimas, quas habuimus in quatuor uillis, wederige et item wederige, ſtenvorde et ſtenvorde, pro quibus nobis annuatim decem talenta magdeburgenſis monete in feſto Johannis baptiſte coloni earundem uillarum perſoluere tenebantur, ſub tali pena, vt quando nobis in eodem

feſto non perſoluerunt, ad ſolucionem nobis iuſtarum decimarum tenerentur, de communi uoluntate et conſenſu domino Geuehardo, abati, et conuentui de hildeſleue uendidimus cum omni iure et utilitate, qua nos easdem decimas tenebamus, receptis ab eis proinde C et VIII marcis examinati argenti, quas nos in utilitatem eccleſie noſtre tam in aduocaciis redimendis ſiue in aliis poſſeſſionibus, nobis et eccleſie noſtre magis utilibus comparandis duximus expendendas, renunctiantes omnibus litteris et priuilegiis, quibus conuentus ſupradictus ſuper hoc tractatu poſſet in poſterum inpediri. Huius rei teſtes ſunt: Burchardus, vicedominus, Rudolfus, portenarius, Euerwinus, ſancti bonifacii prepoſitus, Gunterus de mansfelt, noſtre maioris eccleſie canonici, Vvlferus, Hermannus et Conradus, canonici ſancti pauli, totumque eiuſdem eccleſie capitulum, et alii quam plures. Actum anno Domini M°. C°. C. LV°. Et ne ſuper hoc dubium aliquod in poſterum oriatur, preſentem paginam inde conſcriptam et tribus ſigillis noſtre maioris eccleſie, noſtro et capituli ſancti pauli communitam, prefatis, domino abbati et conuentui, duximus in teſtimonium ualidum erogandam. Datum halberſtad, anno gracie prenotato, Nono kal. Maj, Indictione XIIII.

Cop. I, fol. 17.

XXX. Das Domcapitel zu Havelberg verkauft dem Kloſter Hillersleben eine Hufe in Akendorf, am 30. Dezember 1255.

. . . Dei gracia havelbergenſis eccleſie prepoſitus, iohannes, prior, totumque eiuſdem eccleſie capitulum Omnibus inſpecturis in perpetuum. Quoniam labilis eſt memoria hominum et more aque defluit decurrentis, ea, que aguntur in tempore, ne ſimiliter labantur cum tempore dilabente, poni ſolent in lingua teſtium et ſcripture memorie perhennari. Notum igitur ſit vniuerſis tam preſentibus quam futuris, quod nos reditus vnius manſi, ad nos de iure pertinentis, in villa achendorp ſiti, eccleſie hildeſleue pro X marcis ſtendalienſis argenti dimiſimus in ius perpetue proprietatis, excepto eo, quod ius aduocacie noſtre eccleſie reſeruamus. Ne autem in poſterum aliquid dubietatis aut ſimultatis poſſit oriri, preſentem paginam ſigilli noſtri impreſſione duximus roborandam. Teſtes huius rei ſunt Wipertus, prepoſitus, Johannes, prior, Bertoldus, camerarius, Hinricus, cuſtos, Bertoldus, celerarius, Hinricus de calenvorde, Hinricus de ſandowe, Manegoldus, Weſzelinus, Hinricus deſuecthen, Olricus, Johannes de runtorp, Johannes de Creueſe, Cono, ſacerdotes, et alii quam plures. Actum havelberg, anno domini M°. CC°. LVI°., III°. kal. Januarii.

Cop. I, fol. 23.

XXXI. Abt Heinrich von Hillersleben bekundet, daß Dieterich von Vahldorf eine Hufe in Akendorf für das Kloſter gekauft habe und verfügt über die Verwendung der Einkünfte, am 18. Juli 1259.

Hinricus, dei gracia abbas in hildeſleue, vniverſis preſentem paginam inſpecturis eternam in domino ſalutem. Ne laudabilis hominum inſtitucio a memoria lapſu temporis euaneſcat, expedit, ut ea, que aguntur, in ſcripta puplica redigantur. Nouerint igitur vniuerſi tam preſentes quam futuri, quod dilectus nobis in criſto thidericus de valdorp, cooperantibus deuocioni ſue eccleſie noſtre ſororibus mechtilde uidelicet de gardelege et iſingarde, quendam manſum, in uilla akkendorp ſitum, ob anime ſue remedium comparauit. Procedente igitur tempore idem thidericus a nobis petiuit, quatinus cenſus dicti manſi in communem fratrum conſolacionem conuerteretur. Cuius racionabili peticioni noſtrum favorem et conſenſum apponentes decreuimus et ſtatuimus firmiter et diſtricte, quatenus de medietate eiuſdem cenſus, hoc eſt de V ſolidis, anniverſarius prefati thiderici, poſtquam carnis debitum exſoluerit, peragatur. De reſidua vero medietate, hoc eſt de aliis V ſolidis, fratres in feſto beate katherine procurentur, pro eo videlicet, ut eadem feſtiuitas ſollempnior habeatur. Preterea decreuimus, ut ſi quis ex fratribus preſit officio infirmorum, predictum cenſum recipiat annuatim, et prefatas procuraciones temporibus, quibus prediximus, aminiſtret. Ne igitur hec noſtra ordinacio ab aliquo noſtrorum ſucceſſorum in poſterum reuocetur, hanc paginam tam noſtri quam eccleſie ſigilli fecimus munimine roborari. Acta ſunt hec anno Domini M°. CC°. L. VIIII°, Indictione II^a., XV°. kal. auguſti.

Cop. I, fol. 20.

XXXII. Abt Heinrich von Hillersleben verfügt über einen Hausplatz zu Gunſten der Conventsbrüder und des Hoſpitals daſelbſt, im Jahre 1260.

Hinricus, dei gracia abbas in hildeſleue, omnibus hanc literam inſpecturis Salutem in domino. Vt ea que rite acta et ad inuiolabilem firmitatis obſeruanciam in commune ſunt deducta nec in irritum reuocari aut interpretacionis ſiniſtre nubibus ualeant, quod abſit, in poſterum obfuſcari, recognoſcimus et auctoritate preſencium firmiter proteſtamur, volentes, noſtram notabilem actionem vniuerſis eſſe notoriam euidenter, uidelicet quod nos conſilio maturo prehabito et fratrum noſtrorum vnanimi conſenſu accedente et uoluntate, aream quandam, quam a friderico milite, qui eam de manu noſtra tenuit, redemimus, quam ipſis pro vna libra fratribus duximus conferendam, vt fructus aliquos deputatos ab area memorata ad ſui et infirmorum conſolacionem percipere ualeant annuatim memoratam cuicunque eam locare decreuerint habita poſtetate. Vt igitur huius facti memoria per ueritatis euidenciam clarius eluceſcat et ne factum noſtrum auſu temerario quisquam temerare contra racionem preſumat, preſentem paginam ad robur ualidiſſimum et cautelam conſcribi fecimus et ſigilli noſtri et eccleſie munimine duximus roborandam. Acta hec ſunt pre-

ſentibus et conſentientibus Dragobodone, priore, Bertrammo, cuſtode, Bertoldo, cellerario, Johanne, hoſpitalario, Hinrico, infirmario et aliis quam pluribus anno domini M°. CC°. LX°.

Cop. I, fol. 19.

XXXIII. Papſt Clemens IV. beſtätigt das Kloſter Hillersleben, am 14. Juli 1265.

Clemens epiſcopus, ſeruus ſeruorum dei, Dilectis filiis Abbati et conuentui monaſterii ſancti laurentii in hildeſleue, ordinis ſancti Benedicti, halberſtadenſis dyoceſis, ſalutem et apoſtolicam benedictionem. Cum a nobis petitur quod iuſtum eſt et honeſtum, tam vigor equitatis, quam ordo exigit racionis, vt id per ſollicitudinem officii noſtri ad debitum perducatur effectum. Ea propter dilecti in domino filii veſtris iuſtis poſtulationibus grato concurrentes aſſenſu omnes libertates et immunitates a predeceſſoribus noſtris Romanis pontificibus ſiue per priuilegia ſeu alias indulgentias uobis uel monaſterio ueſtro conceſſas, nec non libertates et exemptiones ſecularium exactionum a regibus et principibus uel aliis criſti fidelibus racionabiliter uobis et monaſterio ueſtro predicto indultas, ſicut eas iuſte ac pacifice obtinetis, uobis et per uos eidem monaſterio auctoritate apoſtolica confirmamus et preſentis Scripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtre confirmationis infringere uel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare preſumpſerit, indignationem omnipotentis dei et beatorum petri et pauli, apoſtolorum eius, ſe nouerit incurſurum. Data Peruſii, II. Idus Julii, Pontificatus noſtri anno primo.

Cop. I, fol. 3.

XXXIV. Erzbiſchof Conrad von Magdeburg überläßt dem Kloſter Hillersleben das Spolienrecht über die Pfarre zu Wederingen, am 23. April 1267.

Conradus, dei gracia Sancte Magdeburgenſis eccleſie archiepiſcopus, Vniuerſis preſentibus et futuris in perpetuum. Ne res inter preſentes acta notabiliter et patenter inter poſteros habeatur ambigue vel latenter, recognoſcimus et tenore preſencium proteſtamur, quod accedente conſenſu capituli noſtri domino abbati et conuentui in hildeſleue nobis ſupplicantibus indulſimus, vt parrochiam in wederige infra terminos banni eccleſie noſtre ſitam, de qua archidiaconus in morte plebani cuiuſlibet illius parochie id, quod ſibi competit nomine ſynodalium, exigere tenetur et recipere, habeant idem abbas et conuentus de hildeſleue et ſucceſſores oneris eiuſdem liberam et ab omni iure huiuſmodi et exemptam, recompenſatis tamen tribus ſolidis denariorum annis ſingulis ipſi archidiacono, qui pro tempore fuerit, ab eiſdem, abbate ſcilicet et con-

uentu, quos ei in feſto dominorum ut annuos redditus miniſtrabant. In cuius rei teſtimonium preſentem literam conſcribi iuſſimus et ſigillis, noſtro ſcilicet et capituli noſtri, fecimus ſigillari. Datum magdeburg, anno domini M°. CC° LXVII., IX. kal. maj, Pontificatus noſtri anno primo.

Cop. I, fol. 21.

XXXV. Die Grafen Ulrich und Albert von Regenſtein überlaſſen dem Kloſter Hillersleben ihre Rechte auf die Schirmvogtei, am 12. März 1272.

Nos olricus et albertus, dei gracia Comites de Regenſten, tenore preſencium publice proteſtamur, Quod aduocaciam eccleſie in hildeſleue vendidimus Abbatem (ſic) et conuentui eiuſdem loci ſub hac forma, ut nobis infra hinc et feſtum beati Galli Quingentas marcas examinati argenti integraliter debeant perſoluiſſe, preterea, quibuſcunque uoluerit abbas et conuentus, eandem aduocaciam porrigemus, ſi ab Abbate et eccleſia ammoniti fuerimus, ut eandem aduocaciam totaliter reſignemus. Receptores vero data fide promittent nobis, ut nobis reſignent eodem ſub momento aduocaciam memoratam. Datum anno domini M°. CC°. LXXII°., IIII. ydus Marcii, Halberſtadii, in curia domini Comitis Senioris.

Cop. II, fol. 25.

XXXVI. Biſchof Volrad von Halberſtadt ſtellt in Anſehung der Vogtei des Kloſters Hillersleben das im Jahre 1214 getroffene Verhältniß her, am 18. Mai 1273.

Volradus, dei gracia halberſtadenſis eccleſie epiſcopus, Hermannus, prepoſitus, Wicgerus, decanus, totumque eiuſdem eccleſie capitulum omnibus in perpetuum. Quoniam antiquus hoſtis, cuius mille ſunt modi nocendi, contra religioſos plures uerſucias et fallacias inquirit, quibus eos a propoſito ſancto reuocet, et in executione mandatorum dei perturbet; Ideo vigilanti ſtudio debemus incedere, quod ſubjectis nobis monaſteriis conſulamus taliter, quantum ſcimus et poſſumus, vt quiete viuant, et diuinis obſequiis cum ſerenitate cordis iugiter ualeant occupari. Nouerint igitur vniuerſi, tam preſentes quam futuri, quod nos dilectorum nobis in criſto Bartoldi abbatis tocius conuentus monachorum, hildeſleuenſis monaſterii ordinis ſancti benedicti, deuotis precibus inclinati, libertates et priuilegia, per uenerabilem patrem dominum fridericum, quondam eccleſie noſtre epiſcopum, quoad ius aduocacie eiſdem indulta, preſentis ſcripti patrocinio duximus innouanda, prefatum monſterium eadem uel uberiori gracia cum fauore pleniſſimo per omnia proſequi cupientes. Ad cuius euidenciam predicti patris et domini friderici auctenticum huic inſtrumento de uerbo ad uerbum duximus inſerendum: (No. XVII).

Nos itaque predeceſſorum noſtrorum ueſtigiis inherentes et confirmacionem domini honorii pape attendentes concedimus tam vniuerſaliter quam concorditer, vt ſepedicti monaſterii abbas et fratres vniuerſi, qui nunc ſunt, uel pro tempore fuerint ibidem, iure aduocatie ſue ſecundum predicte libertatis modum per omnia libere pociantur, omnem auctoritatem ipſam aduocatiam donandi, inpheodandi ſeu quocunque modo uel tytulo ab ipſo monaſterio tranſmutandi a nobis penitus abdicantes, per ſollempnem eciam ſtipulacionem nos obligantes, ſi contrarium forte, quod abſit, per nos uel ſucceſſores noſtros attentatum ſiue preſumptum fuerit, nullam iuris uel de iure efficaciam forciatur. Verum quoniam ea, que de nouo emergunt, auxilio indigeńt, Recognoſcimus quod propter diuerſas iniurias et pericula, que dictum collegium a fratribus olrico et alberto comitibus de Regenſten frequenter ſuſtinuit, de noſtro et prudentum conſilio, ut a collo ſuo iugum excuteret perpetue ſeruitutis, ſepedictam aduocaciam, quam quaſi violenter poſſederunt, pro quingentis marcis albi argenti a predictis comitibus redemerunt, Anno gracie M°. CC°. LXXIII°., menſe aprili. Quam aduocaciam prenominati comites in noſtris manibus reſignantes omni iuri, quod in ea ſe habere credebant, cum omnibus bonis, ad ipſum monaſterium pertinentibus, tam liberis quam infeodatis indebite, renuncciarunt. Huius facti noſtri teſtes ſumus volradus epiſcopus, Ludolfus, quondam halberſtadenſis epiſcopus, hermannus, prepoſitus, wicgerus, decanus, albertus, cuſtos, Bertoldus de clettenberch, criſtianus, ſcolaſticus, hermannus hodo, Ludegerus ſtruz, Gunterus, vicedominus, Ludolfus de dalem, Anno de heymburch, hinricus de caldiz, heydenricus de ſchartfelt, Geuehardus, cellerarius, Thidericus de heſſenem, hermannus de kercberch, hinricus, portenarius, Rodolfus de gaterſleue, Thidericus de anuorde, Reynardus de cranicfelt, Heydenricus de querenuorde, halberſtadenſis eccleſie kanonici. Ne igitur in poſterum ſuper hiis alicui dubium generetur, preſentem paginam ſigillis noſtris, epiſcopi uidelicet et capituli, juſſimus communiri, ſub interminacione diſtricti anathematis inhibentes, ne aliquis huic honeſte ac racionabili liberalitati, per nos facte, preſumat auſu temerario contraire. Actum et datum halberſtad, Anno gracie M°. CC°. LXXIII°. In vigilia aſſcenſionis domini. Pontificatus noſtri volradi epiſcopi anno X . . .*).

Cop. I, fol. 9.

*) Dieſe Zahl iſt durch die Ueberſchrift der nachfolgenden Urkunde in dem Copialbuche unleſerlich gemacht; nur der Anfangsſtrich eines X iſt noch erkennbar.

XXXVII. Papſt Innocenz V. beſtätigt das Kloſter Hillersleben, am 15. Mai 1276.

Innocencius epiſcopus, ſeruus ſeruorum dei, Dilectis filiis abbati et conuentui monaſterii de hildeſleue, ordinis ſancti benedicti, halberſtadenſis dyoceſis, ſalutem et apoſtolicam benedictionem. Cum a nobis petitur, quod iuſtum eſt et honeſtum, tam vigor equitatis, quam ordo exigit racionis, vt id per ſollicitudinem officii noſtri ad debitum perducatur effectum: Exhibita ſiquidem nobis veſtra peticio continebat, quod nobiles viri olricus et albertus fratres, comites de regenſten, aduocatiam uille de hildeſleue, halberſtadenſis dyoceſis, ad ipſos communiter pertinentem,

vobis et monaſterio veſtro pro ſuarum animarum remedio liberalitate prouida conceſſerunt, prout in litteris inde confectis plenius dicitur contineri; Nos itaque veſtris ſupplicationibus inclinati, quod ſuper hoc prouide factum eſt, ratum et gratum habentes illud auctoritate apoſtolica confirmamus, et preſentis ſcripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtre confirmacionis infringere uel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare preſumpſerit, indignacionem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Datum Laterani, Idus Maii, pontificatus noſtri Anno primo.

Cop. I, fol. 2.

XXXVIII. Graf Ulrich von Regenſtein überläßt zu ſeinem Seelenheil dem Kloſter Hillersleben eine Hofſtatt und einige Breiten zu Wederingen, im Jahre 1283.

In nomine domini Amen. Olricus, dei gracia comes de Reghenſten, omnibus in perpetuum. Que gerunter in tempore de facili euaneſcunt cum tempore, et de geſtis hominum eciam laudabilibus de facili dura emergit calumpnia, niſi obliuio rerum per ſcripti memoriam auferatur. Notum igitur ſit omnibus preſens ſcriptum inſpecturis, quod nos olricus, comes de regenſten, proprietatem vnius aree ſite in uilla wederigen et VI iugera adiacentia eedem aree, que vvlgariter dicitur brede landes, pro remedio animarum noſtrarum contulimus eccleſie in hildeſleue cum omni iure, quod ad nos pertinebat, quiete ac pacifice poſſidendam. Huius rei teſtes ſunt iohannes ſcade et conradus de ammenſleue, milites, et hinricus, monachus, haddorp et tithmarus, plebanus ſancti petri in ſuanebech, et hinricus de derneburch, notarius, comitis olrici et geuehardus venator et matyas de ammenſleue. Vt autem hec donacio rata et inconuulſa in poſterum permaneat, preſentem paginam inde conſcriptam ſigilli noſtri munimine iuſſimus communiri. Datum ſuanebek, temporibus domini abbatis arnoldi, anno domini M°. CC°. LXXXIII°.

Cop. I, fol. 21. und 24.

XXXIX. Der Archidiaconus des Bannes Wanzleben vergleicht Streitigkeiten zwiſchen dem Kloſter Hillersleben und dem Dorfe Wederingen, am 15. Auguſt 1302.

Nos Ropertus de manneffelt, camerarius curie magdeburgenſis ac archidiaconus banni Wantſleue, Omnibus preſens ſcriptum intuentibus ſalutem in domino. Quoniam noſtra intereſt, veluti cuiuſlibet habentis iuriſdictionem eccleſiaſticam nulli equum iudicium denegare, prout dinoſcun-

tur cauſe ad nos deducte ad noſtri examen iudicii pertinere; Igitur recognoſcimus ac in hys ſcriptis publice proteſtamur, Quod inter dominos cenobii in Hildeſleue, ordinis ſancti Benedicti, Halberſtadenſis dyoceſis, parte ex vna, et villanos de Wederige noſtri banni, parte ex altera, fuit briga ac contentio ſuper quadam aqua, quam ſibi dicti villani vſurparunt contra privilegium eccleſie antedicte. Quare dictis dominis nos hortantibus, ſuadente iuſticia ac ſeruato iuris ordine, proceſſimus contra predictos villanos vſque ad ſentenciam interdicti, prohibicionem ſacramentorum ac eccleſiaſtice ſepulture. Tandem ſepedictis uillanis redire ad gremium ſancte matris eccleſie deſiderantibus concepta fuit forma compoſitionis inter predictos litigantes, quod deberent eligere IIII^{or}. arbitros parte ex utraque, qui talem zizaniam ſuo arbitrio extirparent. Quapropter elegerunt prefati domini loco arbitrorum dominum alexandrum abbatem in ammenſleue et dominum wilhelmum de berghe, cenobitam eccleſie ſancti Johannis, extra muros magdeburgenſes: uillani uero elegerunt dominum kerſtianum, prepoſitum ſanctimonialium in veteri haldeſleue, et dominum morekinum, plebanum in hemericſtorp, promittentes nichilominus, domini de hildeſleue ad manum noſtram ſub pena eccleſie, uillani uero ſimiliter de widerige promiſerunt ad manum noſtram ſub pena XXX marc., ſe arbitrium ac ordinacionem in hac parte dictorum arbitrorum ſeruaturos. Idcirco tales arbitri die ac loco eis oportuno conuenientes, habita diligenti deliberacione ac prefacione ſuper predicta cauſa, ſic pronunctiauerunt, quod ſepedicti uillani, ſi quid iuris habere uiderentur in aqua, ſuper qua controuerſia uertebatur, tali iuri deberent omnino renunctiare et dare eccleſie ſancti laurencii in hildeſleue; domini uero de hildeſleue deberent ceſſare ab omni accione in hac parte, nec amplius inter partes predictas ſuper predictis lis deberet ſuſſitari. Quo facto partes paruerunt arbitrio antedicto. In huius rei euidenciam ſigillo noſtro ac venerabilis domini alexandri, abbatis in ammenſleue, nec non domini criſtiani, prepoſiti ſanctimonialium in antiquo haldeſleue, preſentes fecimus roborari. Teſtes huius ſunt: Dominus Geuehardus de lindowe, Dominus Geuehardus de querenvorde, canonici magdeburgenſes, Rudigerus, plebanus in magno wellen; Layci uero hinricus de eykenbardeleue, Gograuius in hundeſburch, hinricus de emerſleue, hinricus harſemulner, ciues in haldeſleue, et quam plures alii fide digni. Datum et actum anno domini M°. CCC°. II°., In aſſumpcione beate virginis.

Cop. I, fol. 18.

XL. Abt Johann und der Convent zu Hillersleben proteſtiren gegen die Rechtmäßigkeit des Beſitzes eines gewiſſen Gerbert an einer Hufe der Kirche zu Wederingen (1302?).

Johannes, dei gracia abbas, B. totuſque conuentus monaſterii in Hildeſleue, vniuerſis preſentes litteras audituris ſiue viſuris deuotas in Criſto oraciones. Cum quod omnes tangit, ab omnibus debeat uel approbari uel reprobari, dicimus aſſerendo et preſentibus proteſtando, nullum nos conſenſum ſiue conſentaneam uoluntatem appoſuiſſe ordinacioni ſiue compoſicioni, quam bone memorie dominus bertoldus, abbas, de manſo quodam, ad eccleſiam in wederig ſpectante, et gerbertum (ſic) eundem manſum indebite et contra juſticiam detinente, dicitur ordinaſſe,

moleſte ferentes nichilominus contradicentes quicquid de ipſo temere et contra juſticiam fuerit vſurpatum.

Cop. I, fol. 23.

XLI. Die von Dreinleben entſagen Anſprüchen an das Kloſter Hillersleben, am 18. November 1304.

In nomine domini amen. Ad futuram geſte rei memoriam Nos hinricus et bor., milites, et conradus, fratres dicti de dreinleue in hys ſcriptis recognoſcendo publice proteſtamur, Quod inter patrem noſtrum, dominum wilhelmum bone memorie, et nos et eccleſiam in hildeſleue pro quadam lignorum diuiſione, que vvlgariter dicitur marchſchedinge, in campo herberdeſleue dubietas et diſcordia iam longo tempore ſit orta, ſed nunc nos a ſenibus edocti atque a conſanguineis ac fautoribus noſtris inſtructi, quod uiolenciam ac iniuriam iam dicte fecerimus eccleſie, Ideoque ob karitatis diuine amorem et domini Johannis abbatis totiuſque ſui conuentus peticionem pro hac diuiſione uel marcſchedinge eccleſiam in hildeſleue amplius nullo modo facto uel opere uolumus inquietare et ut iſta permaneant firma et inconuulſa noſtrorum munimine ſigillorum ac noſtrorum amicorum ſcilicet conradi nobilis de meynerſem, et domini ludolfi de eſbeke, domini bor. de berewinkele, brunonis de eyleſleue hanc preſentem paginam in huius rei teſtimonium duximus roborandam. Acta ſunt hec anno domini M°. CCC°. IIII°. In octaua beati martini epiſcopi.

Cop. I, fol. 21.

XLII. Abt Johann von Hillersleben verkauft Hebungen zum Leibgedinge eines ſeiner Mönche, die nach deſſen Tode dem Convent wieder zufallen ſollen, am 14. April 1309.

Johannes, dei gracia abbas in hildeſſleue, omnibus criſti fidelibus, ad quos preſens ſcriptum peruenerit in uero ſalutari ſalutem. Ne cum tempore tranſeant, que fiunt in tempore, ſcriptis ſolent et teſtium ſubſcripcionibus roborari. Nouerint igitur vniuerſi preſentis temporis et futuri, quod ego Johannes, dei gracia Abbas in hildeſleue, cum aſſenſu tocius capittuli, Wendidi lucie de ſoltwedele pro decem marcis dimidium chorum tritici in villa meyſcendorp, qui circa feſtum martini dabitur, et in villa noſtra hildeſleue quinque ſolidos de duabus areis, qui in communibus perſoluentur: hec predicta dabuntur filio ipſius vidue, hinrico, confratri noſtro, temporibus vite ſue. Inſuper poſt obitum eiuſdem hinrici hec omnia tranſibunt ad karitatem do-

minorum noſtrorum, ita tamen, ut anniverſarius eiuſdem annis ſingulis ſolempniter peragatur, ne igitur in poſterum oriatur dubitacio de hoc facto, ipſum conſcribi fecimus et ſigillorum noſtrorum munimento roborari. Teſtes huius facti ſunt: Tydericus, prior, Fredericus, Johannes ſoltwedele, hinricus thuritz, johan, dictus wedes, bartolt, Gheuehardus et alii quam plures fide digni. Actum et datum hildeſſleue, Anno domini M°. CCC°. IX, in die ſanctorum tiburcy et valeriani.

Cop. II, fol. 19.

XLIII. Die Prieſterbrüderſchaft in Braunſchweig ſchließt eine Einigung mit dem Convent des Kloſters Hillersleben, am 28. Oktober 1313.

Johannes, cuſtos, ceteriquc confratres ſacerdotalis confraternitatis in bruneſwick omnibus, ad quos preſens ſcriptum peruenit, Salutem et ſempiternam in domino karitatem. Quoniam oracio et ſingula pietatis opera in ſui participacione non imminuuntur, ſed fructus eorum et effectus integer in ſingulis inuenitur, Ideoque merito redarguitur pietatis defectus, ſi in illis rebus communicandis aliqua ſeruetur parcitas, in quarum diſtribucione non uiolatur integritas. Hinc eſt, quod volumus eſſe notum, quod quedam vnio inter nos et dominum abbatem ac conuentum monaſterii in hildeſſleue eſt taliter ordinata, quod ipſi et eorum ſucceſſores noſtri confratres ſunt, et participes debent eſſe omnium et ſingulorum bonorum operum, tam in vita, quam in morte, que in confraternitate noſtra nunc et in perpetuum operari dignabitur clemencia ſaluatoris. Et econuerſo nos et noſtri ſucceſſores ex nunc et in perpetuum confratres et ſorores ſumus ipſorum et participes debemus eſſe omnium et ſingulorum bonorum operum, in vita pariter et in morte, que in congregacione eorum fiunt et fient in perpetuum ad laudem Domini noſtri Jheſu Criſti. In quorum omnium euidens teſtimonium ſigillum noſtrum preſentibus eſt appenſum. Datum anno Domini M°. CCC°. XIII°, Quinto kalendas Nouembris.

Cop. II, fol. 22.

XLIV. Der Vicar des Biſchofes von Halberſtadt ertheilt für die Kapelle zu Dornſtädt einen Ablaß, am 7. November 1313.

Vniverſis criſtifidelibus ad quos preſentes litere peruenerint, ego Frater Hermannus, dei gracia bolonnilonenſis eccleſie epiſcopus, gerens vices venerabilis in criſto patris ac domini, domini Alberti, halberſtadenſis eccleſie epiſcopi, Salutem in Domino ſalutari. Pro-

feſſores criſtianae fidei quoſlibet ad zelum deuocionis et ad opera cupientes alicere pietatis, Cupientes Igitur ut Capella glorioſe uirginis marie et ſancte crucis in Dornſtede, in qua vnum altare conſecrauimus, a criſti fidelibus diligencius decetero veneretur; Omnibus vere penitentibus et confeſſis, qui ad dictam Capellam per Quadraginta dies primo deinde per menſes primo anno continue ſubſequentes et in anniuerſario dedicacionis in perpetuum cauſa deuocionis acceſſerint, et ibidem diuinis officiis interfuerint, Nos de omnipotentis dei miſericordia et beatorum Petri et Pauli, Apoſtolorum eius, meritis, auctoritate domini noſtri predicti ac noſtra confiſi, vnum annum indulgenciarum cum carena de Capella, et octoginta dierum indulgencias cum karena de altari, de iniunctis ſibi penitenciis in domino miſericorditer relaxamus. Hiis quoque, qui in feſtiuitatibus glorioſe virginis marie cauſa oracionis ſeu peregrinacionis ad predictam Capellam acceſſerint, de omnipotentis dei miſericordia et beatorum Petri et Pauli, apoſtolorum eius, meritis confiſi, Quadraginta dierum indulgentias ſimiliter indulgemus, dedicationem uero Capelle et Altaris ad Octauam paſche tranſferimus et ratificamus preſenti teſtimonio litterarum. Date anno Domini M°. CCC°. XIII°, feria quarta proxima ante feſtum beati martini epiſcopi.

Cop. II, fol. 29.

XLV. Abt Johann bekundet, wie der Mönch Heinrich von Drakenſtedt ſeine Erſparniſſe zum Beſten des Kloſters Hillersleben angelegt habe, am 15. Juli 1314.

In nomine ſancte et indiuidue trinitatis Johannes, dei gracia Abbas in hildeſſleue, Tydericus, prior, Totuſque conuentus ibidem vniuerſis preſencium auditoribus ſalutem in perpetuum. Ea, que geruntur in tempore, niſi per litterarum teſtimonia durabilitatis perpetue beneficiis fulciantur, non eſt mirum, ſi cum lapſu temporis lapſum et ipſa pariter paciantur. Nouerint igitur tam preſentes quam ſecuturi, quod Hinricus, dictus de drakenſtede, cenobita noſtre congregacionis, collecta quadam ſummula pecunie de ſua prebendula, fecit, ut iure debuit, et eam in vſus noſtri cenobii expendit, dimidium fertonem ſtendalgenſem moneta in area quadam, in maiori Radenſleue ſita, ad noſtrum Monaſterium iure proprietario pertinente, duoſque pullos annuatim perſoluente, a villano eiuſdem ville, nomine Borgardo, paupertate grauato, qui eam iure cenſuali a noſtra eccleſia poſſederat, pro marca et dimidio fertone comparauit. Quicunque vero predicte aree poſſeſſor fuerit, domino Abbati duos pullos et magiſtro infirmorum dimidium fertonem in feſto dominorum annis ſingulis perpetualiter perſoluere non tardabit, Prenominatamque pecuniam noſtris karitatibus aſſignauit. Ex hoc teſtamentum ſuum ſtatuit in hunc modum, Videlicet ut, ipſo viam vniuerſe carnis ingreſſo, anniuerſarius ipſius in vigiliis mediocribus et miſſa pro defunctis cum conpulſacionibus annis ſingulis peragatur. Temporibus autem vite ſue memoriam patris ſui ac matris ſequenti die Egidii confeſſoris vigiliis ac miſſa pro defunctis cum conpulſacionibus celebrabimus annuatim. Preterea prefatus hinricus contulit nobis vnum talentum in ſubſidium reparacionis edificiorum noſtrorum dirutorum, videlicet ſtupe ac camere maioris dormitorio adherentis, ut alleluia protege paſtor In tranſlatione ſancti benedicti et antiphona O glorioſa nobilis In feſtiuitate ſancte

Scolaſtice virginis in primis veſperis perpetuis temporibus ſollempniter decantentur. Nos vero huic caritatis operi congaudentes ac reſpondere cupientes ex communi conſenſu annuimus, ut prenarrata inſciſſa ac inuiolabilia perpetue obſeruentur. In huius rei robur ualidum et euidens teſtimonium paginam preſentem ſcribi fecimus et ſigillorum noſtrorum munimine roborari. Quicunque huic ſtatuto laudabili ad retractandum ſeu irritandum ſeſe malicioſe oppoſuerint, eternam damnacionem ſe nouerint incurſuros. Acta ſunt hec anno incarnacionis dominice milleſimo tricenteſimo quartodecimo, idus Julii, Nobis Johanne abbate annuentibus et ſingulis noſtris fratribus conſencientibus, Tyderico, priore, Conrado, hoſpitalario, Hinrico, cuſtode cum reliquis omnibus feliciter. Amen.

Cop. II, fol. 17.

XLVI. Ablaßbrief eines Biſchofes Ludwig für das Kloſter Hillersleben, vom 2. Mai 1316.

Frater lodewicus, dei gracia marromenſis Eccleſie Epiſcopus, vniuerſis criſtifidelibus, ad quos preſens ſcriptum, Salutem in omnium ſaluatore. Diuinum cultum ampliare cupientes Omnibus vere penitentibus et confeſſis, qui ad monaſterium beati laurencii martyris in hildeſſleue, halberſtadenſis dioceſis, quocunque die cauſa deuocionis et oracionis acceſſerint, ibique cimiterium ſeu ambitum clauſtri ibidem pro fidelibus defunctis ſuppliciter exorando circumiuerint, aut preſbitero corpus criſti ad infirmos deportanti deuotam fecerint comitiuam, ſiue alias quocunque modo dicto monaſterio manus ſuas porrexerint adiutrices, Nos de omnipotentis Dei miſericordia et beatorum petri et pauli, Apoſtolorum eius, meritis et auctoritate confiſi, quadraginta dies indulgencie de iniunctis ſibi penitentiis, conſenſu dyoceſani, cuius nunc vices gerimus, Super hoc habito, miſericorditer in domino relaxamus, ad cuius euidenciam firmiorem ſigillum noſtrum preſentibus duximus apponendum. Datum anno dominice incarnacionis M°. CCC°. XVI°., VI°. Non. May.

Cop. II, fol. 30.

XLVII. Ablaßbrief eines Biſchofs Dithmar für die Kapelle zu Dornſtädt, vom Jahre 1320.

Item dedit quidam Epiſcopus Gabilonenſis nomine Dithmarus ad Capellam in Dornſtede Quadraginta dies. Anno Domini M°. CCC°. XX°.

Cop. II, fol. 30.

XLVIII. Ablaßbrief des Biſchofes Heinrich von Kiew für das Kloſter Hillersleben, vom Jahre 1321.

Frater henricus, ordinis fratrum predicatorum, dei gracia epiſcopus eccleſie kiovienſis, omnibus criſtifidelibus preſencia viſuris ſalutem in eo, qui eſt omnium vera ſalus. Loca ſanctorum omnium pia et prompta deuocione a criſtifidelibus ſunt honoranda, ut, dum dei horam uidemus, amicos ipſi nos deo amabiles reddant, et ipſorum nobis quodammodo patrocinium, quod merita noſtra non optinent, eorum mereamur interceſſionibus optinere. Nos igitur, ut per hoc fideles criſti quaſi quibuſdem premiis poterimus ad merita invitare, omnibus vere penitentibus et confeſſis, qui eccleſiam ſancti laurencii in hildeſleue in feſtiuitatibus precipuis, natiuitatis, reſurrectionis, aſſcenſionis, pentecoſtes, in omnibus feſtiuitatibus marie uirginis, in feſtiuitatibus apoſtolorum et omnium ſanctorum, in feſto patronorum et dedicationis deuote acceſſerint, qui corpus criſti ſecuti fuerint, et circuitum circa cimiterium fecerint dicendo pro fidelibus defunctis oraciones ſalutares et manus porrexerint ad fabricam eiuſdem eccleſie adiutrices, Quadraginta dies indulgencie et vnam karenam de omnipotentis dei miſericordia et voluntate dyoceſani in domino miſericorditer relaxamus. Datum anno domini M°. CCC°. XXI°. Volumus eciam, ut quando verbum dei populo pronunciatur, eadem indulgencia intimetur.

Cop. II, fol. 30.

XLIX. Graf Ulrich von Regenſtein giebt dem Kloſter Hillersleben zwei Höfe in Wederingen frei, im Jahre 1321.

Nos Olricus, dei gracia comes de regenſtein, recognoſcimus et preſentibus publice proteſtamur, nos libertatem de duabus areis in villa wederige ſitis ac doti in eadem villa in medietate adiacentibus cenobio in hildeſleue ob amorem beati virginis genetricis et beatiſſimi martyris laurencii, eiusdem eccleſie patroni, pro remedio anime noſtre omnium heredum noſtrorum vnanimi ad hoc accedente conſenſu contuliſſe cum omni vtilitate perpetue poſſidendam: et ut hec noſtra donacio rata et inconuulſa ſemper permaneat, preſentem paginam inde conſcriptam ſigilli impreſſione iuſſimus communiri. Datum anno domini M°. CCC°. XXI°.

Cop. I, app. fol. 24.

L. Abt Hermann trifft eine Einrichtung wegen des Gottesdienſtes im Kloſter Hillersleben, (ohne Jahreszahl, wahrſcheinlich um 1322 ausgeſtellt).

Nos hermannus, dei gracia abbas in hildeſleue, ad vniuerſorum tam preſencium quam poſterorum notitiam cupimus peruenire, quod ad laudem et reuerenciam beate et glorioſe ſemperque virginis marie ſecundum morem hugisburgenſium conſtituimus in hoc loco, ut ad ſingulas horas, tam diurnas quam nocturnas, inmediate poſt oracionem dominicam, aue maria, ſacerdote, qui eſt ebdomadarius, primam partem inchoante, et conuentu partem alteram reſpondente, ante reliquas preces cottidie compleatur. Si quidem ut in hac noſtra conſtitucione noua et in hoc loco penitus inſolita, omnium confratrum noſtrorum animum noſtro conſenſui flecteremus, ortum quendam in hac uilla ſitum ad eorum infirmariam contulimus, ipſius orti cenſum in vſus omnium fratrum per infirmarii procuracionem, quemadmodum cunctis placuerit, conuertendum. Si igitur, quod abſit, ullus hominum huic conſtitucioni pariter et donacioni rite acte et literis, Sigillo noſtro ſignatis, ad ſtabilitatis perpetue firmamentum rationabiliter perducta, temere preſumpſerit contraire, omnipotentis dei indignacionem nec non benedicte matris ejus et virginis marie ſe nouerit incurſurum.

Cop. I, fol. 20.

LI. Biſchof Albert von Halberſtadt beſtätigt die Stiftung des Priors Heinrich von Gardelegen im Kloſter zu Hillersleben, am 28. März 1324.

Albertus, Dei gracia halberſtadenſis eccleſie epiſcopus, vniuerſis criſtifidelibus preſentes viſuris Salutem in domino ſempiternam. Digne exaudicionis aures eis aperimus, qui a nobis poſtulant, que racionis tramite fulciuntur. Dum igitur dilectus filius henricus de Gardeleghe, prior monaſterii hildeſſleue, ſana mente motus medium manſum in campis Wederinghe et quaſdam areas in villa hildeſſleue ſibi contiguas a viro venerabili domino Conrado, eiuſdem monaſterii abbate, ex omnium fratrum ibidem conſenſu precio comparavit donauitque capelle ſancti Michaelis intra ſepta eiuſdem monaſterii ſite, ut frater conuentus ibidem, quem prior, pro tempore exiſtens, ad peragendum ter miſſarum ſolempnias pro viuis et defunctis fidelibus et animabus dicti hinrici, nunc prioris, ſuorumque progenitorum inſtituit ſeruatorem, fructus eiuſdem manſi et earundem tollat arearum, ſtopamque vini per ſingulas quartas quarter in anno pro ſacrorum celebracione loci teſaurario amminiſtret duoſque cereos, libram unam cere continentes, vnum in paſcha et reliquum in feſto beati michaelis in altari capelle collocet ſupradicte; Nos huius donacionem prout rite facta eſt ratificamus, approbamus et ordinarie noſtre auctoritatis prefidio in nomine Domini confirmamus noſtrum ſigillum una cum predictorum abbatis et conuentus ſigillis preſentibus appendentes. Acta et data Anno domini M°. CCC°. XXIIII°. Quinto kalend. aprilis.

Cop. II, fol. 13.

LII. Abt Conrad von Hillersleben überweiſt ſeinem Convente einige Einkünfte, am 20. Auguſt 1325.

Ad habendam rerum temporalium rite ac rationabiliter geſtarum memoriam propter oblivionem, que faciliter ducit in errorem, Opus eſt eas literarum teſtimonio fideliter roborari. Ea propter Nos Conradus, dei Gracia abbas monaſterii hildeſſleue, ſex ſolidos reddituum noſtro Conuentui, cum omnium fratrum noſtrorum conſenſu vnanimi et voluntate, aſſignauimus et aſſignamus pro tribus marcis et dimidia marca, Quas ſoluere tenemur ex parte predeceſſoris noſtri, ut dicitur, Domino Gherardo, plebano ſancti Mauricii in halberſtadt, ſuperaddita nobis dimidia marca. Quam pecuniam idem Dominus Gherardus Conuentui noſtro pro remedio anime ſue contulit, ut anniuerſarius Domini Gherardi predicti in conuentu poſt mortem ipſius peragatur annuatim. Pro qua pecunia redditus ſex ſolidorum, donec liberare poſſumus ſeu liberari poſſint, in hac villa Hildeſſleue noſtro conuentui obligamur, quibus redemptis pro quantitate pecunie memorate videlicet quatuor marcarum ad manus abbatis deuenient, ſicut prius. Datum anno domini M°. CCC°. XXV°, XIII°. kal. Septembris. Teſtes huius ſunt hinricus de ſuedhen, ludolfus de eylſleue, hoſpitalarius, hinricus de drakenſtede, albertus, cuſtos, Fredericus de helmſtede Et alii quam plures fide digni confratres noſtri.

Cop. II, fol. 19.

LIII. Die Grafen Albert und Bernhard von Regenſtein vereignen dem Kloſter Hillersleben Beſitzungen, im Jahre 1326.

In nomine ſancte et indiuidue trinitatis albertus et bernardus, dei gracia comites de regenſten, omnibus in perpetuum. Que geruntur in tempore de facili euaneſcunt cum tempore et de geſtis hominum eciam laudabilibus de facili dura emergit calumpnia, niſi obliuio rerum per ſcripti memoriam auferatur. Notum ſit igitur omnibus, preſens ſcriptum inſpecturis, quod quidam famulus, nomine iohannes pape, quedam bona, in campo wedrige ſita, videlicet dimidium manſum cum quartale vnius manſi, quod vvlgariter dicitur drieverdel landes, de manibus noſtris in feodo tenuit predictaque bona vendidit quibuſdam burgenſibus in haldeſleue, nicolao et ludolfo, dictis de drakenſtede, nec non hinrico fratri eorum, monacho in hildeſleue, et nobis nomine ſuo, et uxoris ſue, omniumque heredum ſuorum libere reſignauit, humiliter ſupplicans, quatenus ius proprietatis, quod in eiſdem bonis iure hereditario habere dinoſcimur, ob ſalutem animarum noſtrarum omniumque parentum noſtrorum monaſterio ſancti laurencii martyris in hildeſleue, nec non capellule glorioſe virginis marie in eodem monaſterio conferremus, ut prouiſor monaſterii fructus prenotatorum bonorum vni ex confratribus ſuis committat percipiendos, qui tercia die in ebdomada miſſas in preſcripta capella celebret, binas de domina noſtra ſcilicet ſalue ſancta parens, ſecunda rorate celi, terciam pro defunctis, pro ſalute parentum burgenſium predictorum. Nos

uero, concenſum prefati famuli precibus adhibentes, omne ius proprietatis, quod in preſcriptis bonis habuimus, nos et fratres noſtri et ſorores, qui perfecte etatis non ſunt, et ſigillo carent, prememorato monaſterio hildeſleue contulimus in perpetuum poſſidendum. Vt igitur hec empcio et noſtra donacio firma permaneat, preſens ſcriptum ſigillorum noſtrorum munimine iuſſimus roborari. Teſtes huius empcionis ſunt hinricus de doce, nicolaus et ludolfus fratres, dicti de drakenſtede, tidericus de doce et alii quam plures fide digni. Acta ſunt hec anno domini M°. CCC°. XXVI°.

Cop. I, app. fol. 23.

LIV. Die von Eilsleben überlaſſen dem Kloſter Hillersleben das Patronat über ihre Kirche, am 11. November 1331.

Omnium habere memoriam diuinitatis pocius quam humanitatis eſſe comprobatur. Ne igitur ea, que perpetuis duratura ſunt temporibus, a labili hominum memoria propter temporum ſucceſſionem faciliter euaneſcant, neceſſe eſt et valde, ut literarum teſtimoniis perhennentur. Noſcant proinde tam preſentes, quam futuri, quod nos bruno, iohannes, Gheuehardus, fratres, ac iohannes, noſter patruus, famuli dicti de eylsleue, cum vnanimi conſenſu et voluntate omnium noſtrorum noſtrumque heredum, videlicet Brunonis, ludolfi, iohannis filiorum, luckardis, Elizabet et Ghertrudis, filiarum Brunonis de eylsleue pretacti, pure et ſimpliciter propter deum et remedium animarum noſtrarum noſtrorumque parentum, parrochiam noſtram in villa eylsleue ſitam, cuius proprietatis ius et patronatus ac collacio ad nos iure hereditario pertinet, deo omnipotenti, beato laurencio martiri inclito, nec non honorabili viro domino Abbati et capitulo in hildesleue cum omnibus redditibus ad ipſam ſpectantibus et omni iure proprietatis, quo noſtri progenitores et nos eandem parrochiam pacifice et quiete hucusque poſſedimus, offerimus et contulimus perpetuis temporibus poſſidendam, Cupientes ſiquidem locum et congregacionem religioſorum in hildeſsleue, quam quadam ſpeciali prerogatiua dilectionis preextollimus, huic dono gratuito inſignire. Confidimus enim ſperantes per ſanctorum patrocinia et religioſorum precamina, pro nobis deo fuſa, mederi noſtrarum languoribus animarum. Quoniam ergo ea, que cum deliberacione facta ſunt, non debent faciliter immutari, Et ut hec noſtra donacio immutabilis perſeueret, firma et ſtabilis, preſentem paginam ſeu litteram domino abbati et capitulo in hildeſsleue in ſignum firmitatis et robur certitudinis cum noſtrorum appenſione ſigillorum dedimus communitam. Actum kaleuorden et data anno Domini M°. CCC°. XXXI°., in die beati martini confeſſoris criſti.

Cop. II, fol. 20.

LV. Biſchof Albert von Halberſtadt beſtätigt dem Kloſter Hillersleben die Kirche zu Eilsleben, am 28. Mai 1334.

